



DISPUTATIO INAUGURALIS.

DE

INVESTITURA,

Quam

Jovæ Gratia Fortunante

Ex decreto & Autoritate Magnifici & Nobilissimi Fctorum Ordinis, in famigeratissima ad Salam Academia

PRÆSIDE

VIRO MAGNIFICO, NOBILISSIMO, AMPLISSIMO ET CONSULTISSIMO,

DN. ZACHARIA Præschenecken/
Jcto celeberrimo, Duc. Saxon.

Vinar. Consiliario gravissimo, Nobilissimæ Facultatis Juridicæ Seniore meritissimo, ejusdemq; Decano spectatissimo, Curia Provincialis, & Scabinarus Assessore eminentissimo,

Dn. Patrono, Promotore & Præceptore suo omni honoris & reverentiæ cultu ætatem

prosequendo.

Pro summis in UTROQUE Jure honoribus, Insignibus ac privilegiis DOCTORALIBUS rite & solemniter consequendis

Publicè discutiendam exhibet

JOHANNES GEORGIUS Förster/

Altenburgensis Mifnicus

In Auditorio Jureconsultorum.

Ad d. 9. Novemb. Anno 1644.

JENÆ Literis STEINMANNIANIS.

SERENISSIMO AC CELSISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,
**DN. FRIDERICO
WILHELMO,**
DUCI SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ
ET MONTIUM, LANDGRAVIO THURIN-
GIÆ, MARCHIONI MISNIÆ, COMITI
DE MARCA ET RAVENSPURG,
DYNASTÆ IN RAVEN-
STEIN &c.

PRINCIPI AC DOMINO SUO CLEMENTISSIMO.

Disputationem hanc inauguralem

humillimè

consecrat

**Johannes Georgius
Förster.**

FEUDALIA

FEUDORUM doctrinam non solum intricatissimam, sed & utilissimam esse, vix ullus erit, qui inficias ire queat, nisi in Feudali doctrina planè hospes seu mediocriter saltem versatus, idcirco & ego quandam **EX JURE FEUDALI** eligere volui materiam, cum verò nullam invenerim, quæ majore cum utilitate sit conjuncta, quàm **INVESTITURÆ**, utpote cum nullum absq; ea constitui possit feudum. 1. F. 25. *Carpov, p. 3. Const. Elect. 30. desin. 12 n. 2. Schneidew. de Feud. p. 4. n. 1. Gothof. ed. Anon. Diss. Feud. 4. th. 1. lib. B.* ideoq; de ea præsentem Disputationem conscripsi, ad cujus tractationem in nomine Domini nostri Jesu Christi sine ulteriori ambage accedo.

T H E S I S I.

Considerandum primo, unde hæc vocula descendat, illam autem latinam, & ab investiendo dictam esse cum *S. bul- rizio in syn. Feud. cap. 9. n. 3.* statuo, quòd nimirum vasallus per eam possessione quasi veste quadam induatur. *Bocer. de Invest. cap. 1. n. 15.* Hinc illi qui feudo orbantur devestiri dicuntur, 1. F. 7. *Finkelth. Diss. Feud. 7. th. 2.* Et actus quò Vasalli feudo privantur **divestitura** nominatur. *Nicol. Intrigliol. quasi. feud. 56. n. 294.*

II. Vocatur **Investitura** nonnunquam **Investitio**, 1. F. 26. & 28. *Ant. Diss. feud. 4. th. 1. lib. C.* Nec incommode posset nominari **Infeudatio**, si enim ille actus, quo Vasallus feudum quod habet, vel totum vel ejus parte'n vicissim alicui in feudum legitime concedit (*de quo 2. F. 26. v. beneficium, & 2. F. 34. S. simi-*

tit.) recte à Doctoribus appellatur subinfeudatio, nil obstat, quin investitura infeudatio dici possit, Germanicè vocatur die Belehnung/*Schneidw. de F. p. 4. n. 2.* oder Lehn Empfängnis/*Schultz in synopsi Feud. cap. 9. num. 4.*

III. Non autè hæc vocula unius ejusdemq; est acceptio-
nis, aliquando enim significat breve testatum, seu instru-
mentum super Investituræ actu cōfectum, den Lehnbrief/*2. F. 18. in fin. Intrigiol. quest. feud. 55. n. 73.* nonnunquam denotat feudi possessionem, *2. F. 2. pr. Magnif. Dn. D. Arumaus p. m. Disp. feud. 5. th. 4.* Interdum sumitur pro Investiendi actu, *1. F. 25, 2. F. 1. 2. F. 11. pr. 2. F. 33. pr. Bocer. de invest. cap. 2. num. 12.* & hæc acceptio Investituræ propria est, *Anton. Disp. Feud. 4. th. 1. lit. C.* & ad eam subsequens spectat definitio.

IV. Investitura est actus solennis, per quem Dominus, vel ejus nomine alius, rem immobilem sub præstatione fidei alicui in feudum concedit.

V. Generis loco recte ponitur Actus solennis, idque demonstrari potest, ex *tit. 2. F. 2. pr. verbis: solenniter fieri debet, 2. F. 32. Bocer. de invest. capit. 1. num. 2.* Quæ autem istæ solennitates sint, quæ circa investituram adhiberi debeant, infra ubi de forma agemus, commodius dicetur. Quod verò non solum Dominus, sed & ejus nomine alius investituram facere possit, apparet ex *tit. 3. vers. personam 1. F. & tit. 58. vers. item investitura, Anton. Disp. Feud. 4. th. 4. lit. B.* sicuti & illud claris juris feudalis potest stabiliri textibus, quod solummodo res immobiles infeudari queant. *2. F. 1. vers. sciendum. 2. F. 23. vers. hujus autem Schneidw. de F. p. 2. num. 29.* Non tamen excludo res solo coherentes, aut quæ inter immobilia connumerantur. *2. F. 1. in fin. Rosenth. de feud. cap. 4. concl. 1.* Per verba sub præstatione fidei indicatur differentia specifica eorumq; fundamentum desumi potest ex *2. F. 3. in fin.* In fidelitate enim substantia feudi consistit. *Wesenb. de Feud. c. 8. n. 19.* Reliqua definitionis verba finem & effectum investituræ con-

continent, de quibus singulis infra uberiores suscipiemus tractationem.

VI. Divisiones investituræ variæ à Doctoribus proponuntur, cæteris omiſſis, præcipuas solummodo adducam. Disſecitur itaq; I. In **propriam & abuſivam**, 2. *F. 2. Riterſh. part. Feud. p. 1. c. 8. n. 3.* II. In eam, quæ fit de feudo **novo**, & eam, quæ fit de feudo **antiquo** 2. *F. 3. pr. 2. F. 32. & 91. Schulz in ſynops. feud. cap. 9. n. 12. & 13.* III. In **Simultaneam & ſingularem**, *Bocer. de inveſt. cap. 2. n. 84.*

VII. Investitura propria, est vera & solennis traditio, rei in feudum concessæ. *arg. text. 2. Feud. 2. pr. Wesenb. cap. 8. numer. 11.*

VIII. Investitura impropria seu abuſiva, est **repræſentatio futuræ poſſeſſionis** per verba & ſigna corporea. *Finkelſth. Diſp. Feud. 7. th. 2. lit. D.* vocatur hæc nonnunquam **Cæremonialis**, *Calvin. in Lexico Jurid. voce Investitura*, vel ſignificativa, *Wesenb. p. 3. Conſil. 124. n. 15.* item **verbalis** *Dom. Card. Tufch. Pract. Concl. lit. F. conc. 353. n. 3.* Et **imaginaria**, *Anton. Diſp. feud. 4. th. 3. lit. E.* Per hanc enim investituram vera non confertur poſſeſſio, *Intrigiol. quaſt. F. 55. n. 8.* ſed hunc habet effectum, ne dominus **pœnitentia ductus poſſit mutare voluntatem**, 2. *F. 26. verſ. ſi facta, Schneidw. de F. p. 4. n. 11.* de quo infra, ubi effectum conſiderabimus plura dicentur, nec hic verba, & ſigna in ejuſmodi investitura ſolita artingo, ſed donec formam deſcribo reſervare volo. Illam autem **Quæſtionem** non omitto: An utraq; investitura neceſſario & ſemper celebrari debeat, ut una deſiciente, feudum non poſſit ſubſiſtere? Quæ **per diſtinctionem** dirimi ſolet. An præceſſerit investitura propria, & tunc abuſiva non eſt neceſſaria. An verò initium fiat ab abuſiva, & tunc propria adhuc deſideratur. *Anton. Diſp. Feud. 4. th. 3. lit. F.*

IX. **Deſinitio investituræ feudi novi**, per quam nimirum feudum primum acquiritur, 2. *F. 32.* jam ſupra th. 4. tradita eſt, circa eam enim potiſſimum in hac diſputatione

ero occupatus, & hæc propriè investitura dicitur. *Intrigiol. quest. F. 55. n. 67.*

X. Investitura feudi veteris, quæ rectius renovatio investituræ, quàm investitura, dicitur, *Wesemb. p. 2. Consil. 64. num. 3.* Est confirmatio investituræ primæ, per quam id agitur, ut feudum redintegretur. *Vult. de F. lib. 1. cap. 7. n. 59.* Hæc enim nihil novi tribuit, sed eò tendit, ut confirmetur feudum antea constitutum, *Schneider. d. F. p. 3. n. 81.* & hæc propriè huc non pertinet. In dubium autem vocatur, Novane an renovata sit investitura, si de feudo ad dominum, reverso Vasallus seu ejus Agnati denuò investituram accipiant? **Et novam** esse omninò fatendum, *Ant. Diss. Feud. 1. th. 5. lit. B.* Nisi dominus in investitura dicat, feudum tibi pristino Jure reddo, tunc enim antiqui naturam retinet, *Rosenth. de F. cap. 2. concl. 19. n. 1.*

XI. Investitura simultanea, Germanicè die gesampte Hand/oder die sampte Belehnung/ *Wehner. in Observ. Pract. verb. Gesampte Hand/* in consuetudinibus feudalibus est incognita, *Vult. l. 1. d. F. cap. 7. n. 54.* Neq; ex Jure Saxonico originem trahit, *Finkelth. Diss. Feud. 8. th. 1. lit. A* sed sola longa usurpantium consuetudine obtinuit. *Carpzov. ad Const. Elect. part. 1. Const. 45. defin. 14. n. 3.* Cum enim de Jure Saxonico jus succedendi agnatis denegatum sit, *Lehur. art. 21. vers. Es erbet auch, Hart. Diss. p. 2. quest. 29. n. 35;* sed vasallo sine filiis defuncto feudum, ad dominum deveniat, *Boer. de Invest. cap. 2. n. 87.* ideoq; hæc Investitura inventa, ut agnatis, & collateralibus quoq; locus relinquatur in successione, *Schultz. in synops. F. cap. 8. n. 172.* & ejus vigore, personæ etiam penitus extraneæ ad feudi successionem admittuntur, *Carpzov. d. Const. 45. defin. 13. n. 4.* Definiri potest, quod sit Actus solennis, quo dominus feudi, cum consensu possessoris, unum vel plures volentes, de feudo investit, ut tam propriè investitus & possessor, quàm simultaneè investitus illud simul habeant, & in eo sibi invicem succedant. Ex qua definitione apparet, quòd requiratur 1. **Consensus Domini,** ad hunc enim Vasallo sine here-

heredibus defuncto, feudum apertum pertinet, non vero ad agnatos, *per d. i. xv. Lehnr. art. 21. vers. Es erbet auch/ Schneidw. de F. part. 6. n. 31.* Ideoq; sine facto ejus, ad alium pervenire non potest. *l. 11. ff. de R. J. 2.* **Voluntas possessoris**, *Hartman. Pist. part. 2. quaest. 20. n. 2. & 38. 13.* **Approbatio investiti**. Nolenti enim liberalitas non acquiritur, *l. 19. §. 2. ff. de donat. l. 69. ff. de R. J. Carpz. p. 2. Constit. Elect. 45. defn. 14. n. 13.* Simultanei autem investiti **possessionem realem non accipiunt**, *Carpz. d. l. defn. 16. n. 4.* Attamen jus tam firmum, ac in feudo radicatum acquirunt, ut nec feudum sine eorum consensu alienari queat. *Const. Elect. 45. p. 2. vers. Wann dann iemand. Hartm. Pist. lib. 2. quaest. 29. n. 39.* **In verbis finalibus definitionis latitat alius effectus investituræ simultaneæ**, efficit enim ne defuncto possessore feudum domino aperiatur, sed ad investitos devolvatur, *Hartm. Pist. d. l. n. 36.* Et hæc de simultaneæ Investituræ obiter attigisse sufficiant. **Singularis investitura** quæ sit, facile ex hæcenus dictis apparebit.

XII. Investituram facere possunt omnes qui legitime bona sua administrare possunt. *2. F. 3. pr. Intrigol. de Feud. quaest. 53. n. 1.* Nec interest **I. Clerici sint, an vero Laici**, *1. F. 1. pr. 1. F. 3. 9. 25. Wesenb. d. F. c. 4. n. 1.* Tenendum autem, Clericos posse infeudare & bona propria & Bona Ecclesiæ, *1. F. 26. vers. In Clericorum feudo. & 2. F. 32. 2. F. 35. Vult. lib. 1. de Feud. cap. 3. n. 10.* **Priora omnes** cujuscunq; ordinis & conditionis sint, in feudum dare possunt. *2. F. 35.* horum enim respectu laicorum loco habentur, **Magnificus Dominus Ordinarius Patronus, Praceptor & Promotor meus omni observantiae cultu prosequendus**, *Disp. Feud. 3. 1h. 8.* Licet autem **Monachus** nonnunquam Clericorum appellatione veniat, *2. F. 26. vers. qui autem Clericus. Vult. de F. lib. 1. c. 3. n. 12.* hic tamen non comprehenditur, cum dominio rerum suarum sit orbatus, *Auth. Ingressi. C. de S. S. Eccles. cap. 6. X. de statu Monach. Rosenb. cap. 3. Conclus. 4. n. 2.* **Bona Ecclesiæ** vero Pontifex de novo investire potest. Et quidem omnium Ecclesiarum, *arg. cap. 17. caus. 9. quaest. 3. cap. 2. de prebend. & dignit. in 6to. Tufib. Præf. Conclus. lit. F. conclus. 112. n. 9.* **Reliqui vero Clerici**, non nisi rerum
Eccle-

Ecclesiæ, cuius curam gerunt, investituram facere queunt, *In-
trigiol. quest. Feud. 53. n. 9.* Ubi tamen duo conjunctim requi-
runtur, **I. Ut antiquitus Ecclesiæ illius consuetudo sit
investiendi,** *1. F. 1. pr. Vult. lib. 1. de F. cap. 3. n. 10.* **II. Ut res in-
feudari sint solitæ.** *1. F. 6. 2. F. 91. Arum. Diss. Feud. 3. th. 6.* Hinc
quæstio occurrit, **An** Prælatus rem ad se reversam, non ad-
hibito Capituli consensu, denuo in feudum concedere possit,
quod affirmare non dubito, *arg. cap. 2. §. de Feud. Duaren. de Feud.
cap. 6. n. 4.* Per hanc enim infeudationem nullum damnum Ec-
clesiæ accrescit, siquidem eodem modo, quo prior feudum ac-
cepit, & alter acquirit, **Quamvis** res Ecclesiarum de novo
cum consensu Capituli infeudari debeant, *arg. cap. 12. Caus. 12.
quest. 2. Otto Melander Controv. feud. 24. lit. A.* **Sin** vero concessio
feudi simul ad Prælatum & Capitulum pertineat, Capituli con-
sensus omittendus non est, *Schultz in synops. Feud. cap. 4. n. 10.* **No-
vas** autem **qualitates** in reinfeudatione, Ecclesiæ conditionem
deteriorem reddentes, adponi nequeunt, *cap. 2. §. de Donat. Rit-
tersh. part. F. lib. 1. cap. 5. n. 6.* **Hoc** vero contingente, infeuda-
tio non **in totum**, sed **in mutatis** corrui, *arg. cap. 37. de R. 7.
in 6to. Schneidw. de F. p. 3. n. 38.* Quibus annecti potest **Quæstio**,
An Personæ Ecclesiasticæ sanguine junctis, feuda ad se reversa
concedere possint? quam **affirmandam** censet *Anth. Diss. Feud.
2. th. 3. lit. G.* modo sint **idonei**, & **honesti**, *Duaren. de F. cap. 6.
n. 5.* nec Ecclesiæ onerosi, *Rosenth. de F. cap. 4. concl. 23. n. 3.*

XIII. II. Investiens sit nobilis, sive ignobilis,
Vult. 1. F. 3. num. 14. Hinc **controvertitur**, **An** & **Rusticus** ali-
um investire possit? **Affirmativæ** ut nostrum calculum demus,
facit generalitas textus *2. F. 3. §. l. 21. C. Mand. Niell. Diss. Feud. 2.
th. 1.* **Consuetudo** tamen cuiusq; loci erit inspicienda, *Schultz
in synops. Feud. cap. 4. n. 26.*

XIV. III. Sive masculus sit, sive foemina, *1. F. 1. §.
6. 2. F. 3. circa fin. 2. F. 91. Einckelth. Diss. Feud. 5. th. 14.* **Quod** autem
de foemina dictum, **non procedit**, quando ex statuto bono-
rum alienatio mulieribus est interdicta, *per text. 2. F. 3. Schneidw.*

p. 3. n. 74. Hinc consequitur, **Fœminam de jure Saxonico** per se, citra Mariti tanquam Curatoris Conjugalis, vel aliter Curatoris specialiter ad hoc constituti, consensu, & auctoritate, infeudandi copia esse destitutam, per text. Landr. lib. 1. art. 31. de art. 45. vers. Ein Weib, Nov. Elect. Aug. Constit. 15. part. 2. §. Gleiches gestalt. Magnificus Dn. Ordinarius Disp. feud. 3. th. 22. Sed quid dicendum de Hermaphrodito? Et hunc posse investire, verius est, Rosenth. de F. cap. 3. concl. 7. n. 3.

XV. IV. An ipse Dominus, an ejus nomine alio investituram conferat. 2. F. 3. circa fin. 2. F. 58. vers. item investitura Wesenb. cap. 8. n. 12. In feudis tamen Imperialibus, quæ per vexillum dari & Fahnen-Lehn appellari solent, Procurator non admittitur. Cum expresse in Aurea Bulla, Caroli IV. tit. 5. cautum sit, ut ejusmodi investituræ vel ab ipso Imperatore, vel Rege Romano conferri debeant, Anth. Disp. Feud. 4. th. 4. lit. B.

XVI. Investituram vero facere non possunt. I. II. quibus illud denegatur ob ætatem, ut sunt **infantes**, l. 9. ff. de Acquir. vel amitt. hered. l. 32. §. 2. ff. de Acquir. vel amitt. poss. Schultz. in Synopsi Feud. cap. 2. n. 35. Pupilli, l. 17. §. 1. ff. de jurejur. 2. F. 3. Finckelth. Disp. feud. 5. th. 5. **Minores curatorem habentes**, l. 3. C. de in integr. rest. Niell. Disp. Feud. 2. th. 4. lit. D. **Ne quidem cum tutoris vel curatoris auctoritate, & consensu**, Intrigliol. quest. F. 53. n. 246. Infeudatio enim æquiparatur donationi, donatio autem nec cum auctoritate Tutoris vel Curatoris fieri potest, l. 1. §. 3. ff. de tut. & rat. dist. Schenck. lib. 2. de Feud. tit. 3. n. 11. **Limitationes nonnullas exhibet Schneidew. p. 3. de F. n. 84. & Rosenth. cap. 3. concl. 17. n. 1.**

XVII. II. Furiosi & mente capti, his enim denegatur assensus, l. 40. ff. de R. J. nec bonorum suorum administrationem habent, l. 6. ff. de V. O. Arum. Disp. F. 3. th. 21. **Quin tamen tempore remissionis investituram facere queant**, dubitandum non est, cum quiescente furore omnia peragere possint, quæ à sana mente præditis celebrari solent, §. 1. Inst. Quib. non est perm. sac. test. l. 8. C. de Curat. furios. Schultz. in Synopsi Feud. cap. 4. n. 32. Hinc si **dubitatio existat, an Investitura tempore durantis,**

B

an ve-

an vero intermissi furoris facta sit? posterius praesumitur, si scilicet nihil stolidi occurrat, *Niell. Disp. F. 2. th. 4.*

XVIII. III. Prodigii, *Bocer. de invest. c. 3. n. 33.* ob eandem ex l. 40. ff. de R. J. defumptam rationem, Hi enim furiosus, quod spectat obligationem adæquantur, ut apparet ex l. 12. §. 2. ff. de Tut. & Curat. dat. *Vult. lib. 2. de F. c. 3. n. 4.* Si scilicet Magistratus decreto tales cum interdictione bonorum sunt declarati, l. 10. ff. de Curat. fur. *Anth. Disp. F. 2. th. 5. lit. B.*

XIX. IV. Muti & surdi, si id quod agitur non intelligunt, *Magnif. Dn. Ordin. Disp. F. 3. th. 27.* cum alias donare possint, l. 33. §. 2. ff. de donat. *Schneidew. de F. p. 3. n. 78.* & alios contractus celebrare, exceptis iis, ubi verba requiruntur, l. 48. ff. de O. & A. *Finckelth. Disp. F. 5. th. 11. lit. A.*

XX. V. Filii familias, *Rosenth. de F. cap. 3. concl. 18. n. 4.* Excepto peculio Adventitio, in quo plenum jus habent, l. 7. & 8. C. de Bon. qua lib. *Nov. 117. cap. 1. Schultz in Synopsi Feud. cap. 4. n. 44.* & peculio castrensi, & qs. castrensi, *Niell. Disp. F. 2. th. 4. lit. E.* quorum respectu pro patribus familias habentur, *px. Instit. quib. non est permiff. fac. test. l. 6. §. fin. ff. de injust. rupt. & irrit. fact. test. l. 2. ff. ad Sctm. Maced. Bachov. in not. ad Wesenb. n. 13. ff. Qui test. fac. poss.*

XXI. VI. Servi, *Jacob. de Ardiz. de F. cap. 23.* Cum nihil suum habeant, §. 3. *Inst. Per quas pers. cuiq. acquir. nec obligari queant, l. 22. ff. de R. J. Vult. lib. 1. de F. c. 3. n. 1.* Accedente vero voluntate Domini, investituram conferre possunt, 2. F. 3. & 58. *vers. item invest. Intrigliol. de F. quest. 54. n. 28.*

XXII. VII. Procuratores, *Schneidew. d. F. p. 3. n. 87.* administrare enim, non donare debent, l. 1. ff. de procurat. l. 7. ff. de donat. *Finckelth. Disp. feud. 5. th. 12. lit. C.* Aliud est, si habeant ad id speciale mandatum, 2. F. 3. *vers. sed utrum. Rosenth. cap. 3. tit. 9. n. 3.* vel. Si ratificatio domini accedat, *cap. 10. de R. J. in 6to. Anth. Disp. F. 4. th. 4. lit. B.* nam hac mandato æquipollet, l. 52. §. fin. ff. de Solut. *Sichard. ad l. 9. C. de Negot. Gest. n. 6.* Procurator vero cum libera omnium bonorum, investituram facere nequit, *arg. l. 63. ff. de procur. Schultz in Synop. Feud. cap. 4. n. 48.*

Nifi

Nisi domini concernat utilitatem, per l. 59. & 87. ff. de Solut.
Bocer. de invest. c. 3. n. 52.

XXIII. VIII. Tutores & Curatores, *Hattys. de Feud. cap. 5. lit. 8.* Nam his alienatio rerum immobilium est inhibita, absq; decreto iudicis & urgentia æris alieni, *l. 12. & tt. C. de prad. & al. reb. min. Trent. Vol. 2. Diss. 8. th. 6. lit. H.* per investituram autem, res quædam immobilis in feudum conceditur, & sic alienatur, *Niell. Diss. Feud. 2. th. 2. lit. A.*

XXIV. IX. II. quibus ob defectum suæ personæ libera administratio non est concessa, Quorum è numero sunt Hæretici, *l. 4. C. de Hæret. & Manich. Jacob. de Ardiz. d. F. c. 14. n. 23.* Publico crimine damnati, *l. 9. C. de Bon. proscript. Rosenth. d. F. cap. 3. conc. 19. n. 2. & similes,* Sunt etiam personæ, quæ ratione rei non possunt investituram conferre, de quibus infra, ubi de objecto investituræ dicitur.

XXV. Circa personas investituram accipientes non distinguendum, I. An accipiens sit superior conferente, an inferior, *Otto Melander Controv. Feud. 21.* Hinc Imperatori vel Regi non præjudicat, à personis in inferiori dignitatis gradu constitutis feuda accipere, *Niell. Diss. F. 2. th. fin. lit. G.* Non tamen præstant juramentum fidelitatis nec servitia feudalia, *Magnif. Dn. Ordin. Diss. Feud. 3. th. 38.* nisi per alias personas, *2. F. 100. Zaf. d. F. p. 5. n. 73.*

XXVI. II. An investitura conferatur in personam laicam, an vero in Ecclesiasticam, *2. F. 40. vers. item si Clericus, Wesenb. de F. c. 5. n. 2.* Et Clericum etiam à Laico feudum accipere posse, apparet ex *cap. 6. & seq. X. de foro compet. Finckelth. Diss. Feud. 5. th. 15. lit. A.* De jure quoq; Saxonico Clericus feudum accipere potest, *Cap. 2. Lehur. in pr. verb. Welcher Herr/ Hart. Pist. lib. 2. quæst. 33. n. 12. & 27.* potest enim per substitutum, servitia debita præstare, *Schultz in Synops. Feud. cap. 5. n. 17.* Quod verum, si domino ignotum non est, investitum esse Clericum, *Schneidw. d. F. p. 3. n. 107.* secus feudi revocandi facultatem habet, *Vult. lib. 1. d. F. c. 4. n. 9. circa fin.* Monachus quoq; de feudo investiri potest, *Rosenth. d. F. cap. 3. conc. 4.* acquirit autem illud

Monasterio, cui se mancipavit, *Anth. Disp. feud. 2. th. 6. lit. D. in
fn.* nō quidem ut perpetuo penes monasterium feudum maneat,
sed saltem usq; ad vitam Monachi investiti, *Arum. Disp. F. 3. th. 41.*
Nisi respectu monasterii concessum sit, *Intrigiol. quest. F. 54. n. 52.*

**XXVII. III. An investitus sit nobilis, an igno-
bilis,** *Wesemb. d. F. 6. 5. n. 2.* Hinc & Rusticus investiri potest, *2. F.
3. vers. Personam vero. Pingitz. Quest. Saxon. 51. n. 1. & seqq. Quam-
vis text. in cap. 2. Lehur. pr. rusticos feudorum capaces esse neget,
attamen hanc consuetudinem derogatam esse testatur Cöl. p. 7.
decis. 77. n. 3.*

**XXVIII. IV. An sint Masculini an foemini se-
xus,** *F. 2. §. 2. 2. F. 17. 30. 50. & aliis Rittersb. part. F. p. 1. c. 6. n. 9.*
Censetur enim Dominus gratiam fecisse mulieri, ut per substi-
tutum servitia expediat, *Funk. th. Disp. F. 5. th. 18.* Nec Herma-
phroditi excluduntur, *Schultz in Synop. Feud. cap. 5. n. 3.* absq; di-
stinctione utrū magis sexus virilis, an foemineus praevaleat, *Ma-
gnif. Dn. Ordin. Disp. Feud. 3. th. 33.* cum uterq; sexus feudum acci-
piat, *Duaren. d. F. 6. 6. n. 15. & 16.*

XXIX. V. Cujus sint aetatis, *Anth Disp. F. 2. th. 6. lit.
B.* Ubi tamen circa infantes observandum, quod absq; tutoris
autoritate iis investitura obvenire nequeat, *Intrigiol. quest. F. 54.
n. 29.* Cum discernere nequeant ipsis quid expediat, *§. 10. Inst. d.
Inur. stip.* ideoq; defectum iudicii supplet Autoritas Tutoris, *l. 5.
ff. d. R. 7. l. 32. §. 2. ff. d. Acquir. vel amitt. poss. Wesemb. d. F. 6. 5. n. 6.*
Si v. sub Patris manu adhuc vivunt, eorum nomine pater inve-
stituram accipit, *arg. l. 18. pr. ff. d. jur. delib. Niell. disp. F. 2. th. 5. lit. A.*
Impubes vero per se feuda accipiunt, *2. F. 26. vers. si minor.
Arum. Disp. F. 3. th. 34.* iuramentum tamen, & servitia donec 14.
annum excefferint differuntur, *d. text. 2. F. 26. vers. si minori, Vult.
d. F. lib. 1. c. 4. n. 6.* Si tamen ultro impubes jurare fidelitatem vel-
lit, nō repellitur, *2. F. 26. vers. si minori, verb. non cogitur, Bocor.
de invest. c. 3. n. 138.* De jure Saxonico pupilli nomine tutor ser-
vire tenetur, *Landr. lib. 1. art. 23. §. Ob wol ein Kind, Col. pr. decis.
89. n. 2.* Cum itaq; pupilli absq; tutorū consensu investiri possint,
multo magis hoc de iis afferendū, qui sub curatela sunt, *Rosenth.
d. F. 6. 3. Conc. 8. n. 4.*

XXX.

XXX. VI. An pater an filiusfamilias sit. *Rittersb. part. F. p. 1. 5. 6. n. 7. nec officit, licet investiens putaverit illum sui juris esse, cui feudum concessit, is vero sit filiusfamilias, Schneider. d. F. p. 3. n. 98. vers. tertio. Filius tamen à patre investiri non potest, quia donatio inter patrem & filium est prohibita, l. 1. §. 1. ff. de donat. l. 4. C. famil. heris. Magnif. Du. Ordin. Disp. F. 3. 9. 37. maxime si rei immobilis donatio fiat. Niell. Disp. F. 2. th. 5. lit. C. Sed Quæritur, an Patri ususfructus Feudi per filium acquiratur? Negativæ sententiæ calculum addo, cum Wesenb. d. F. c. 5. n. 4. nam feuda jure peculii castrensis censentur, arg. l. 1. C. de Castr. pec. ob militaria enim conceduntur servitia, Hattf. d. F. cap. 6. cujus ususfructus non ad patrem, sed ad filium spectat, l. 6. C. d. Bon. qua. lib. Vult. lib. 1. d. F. c. 4. n. 8. ejusq; respectu vice patrum familias funguntur, l. 2. ff. ad Scrm. Maced. Finckelth. Disp. F. 5. th. 20.*

XXXI. VII. An sit liber, an servus, 2. F. 3. vers. personam, *Schultz in Synops. Feud. cap. 5. n. 8. Quod procedit, si investiens eum servum esse sciat in quem feudum contulit, ignorans verò sibi non præjudicat, Intrigliol. quest. F. 54. n. 8. quod si dominus servo proprio feudum concedit, simul libertatem donasse præsumitur, arg. §. 1. Instit. d. hered. Inst. Authon. Disp. F. 2. th. 6. lit. C. At servus alienus, non sibi, sed domino feudum acquirit, arg. l. 79. ff. d. Acquir. vel amitt. hered. Schneid. d. F. p. 3. n. 98. vers. secundo.*

XXXII. VIII. Cujus sint qualitatis, *Rittersb. d. F. p. 1. Cap. 6. n. 11. Hinc furor, dementia, surditas, cæcitas, similesq; sensuum defectus & membrorum corruptelæ non impediunt quò minus feudum de novo concedi possit, Otto Melander controvers. Feud. 21. lit. D. Sibi enim imputet dominus, quod talem Vassallum sciens elegit, arg. l. 23. ff. de minor. Arum. Disp. F. 3. th. 43. secus est si ignoret illud Vassalli vitium, Bocer. de Invest. cap. 3. n. 134. Quod de furioso dictum, illud ita intelligendum, ut ejus nomine curator investituram accipiat, l. 7. §. 3. C. de Curat. furios. aut pater, si ejus potestati adhuc sit subjectus, d. l. 7. pr. Niell. Disp. Feud. 2. th. 5. lit. A.*

XXXIII. IX. An Vasallus per se, an verò per procuratorem investituram accipiat, 2. Feud. 3. vers. *sed utrum*, 2. Feud. 58. vers. *item investitura*, *Sonsbec. d. F. p. 11. n. 2.* debet tamen procurator speciali instructus esse mandato, *Schneidew. d. F. p. 5. n. 88.* Sed notandum, tum demum per procuratorem investituram accipi posse, cum dominus consentit, *Hartm. Pif. lib. 2. quest. 47. n. 59.* Vel nisi regionum consuetudo aliud exigat, *Vult. lib. 1. d. F. c. 7. n. 32.*

XXXIV. X. An persona quædam particularis an vero Universitates, Ecclesiæ, Collegia & Civitates investituram accipiant, *Intrigliol. quest. Feud. 54. num. 4.* his tamen, cum nunquam moriantur, *l. 7. §. 2. ff. Quod Cuiusq. univ. nom. l. 76. ff. de iudic.* haud facile feuda conceduntur, ne domino omnis spes apertionis pereat, *Magnif. Dn. Ordinarius, Disp. Feud. 3. th. 42.*

XXXV. Sunt tamen personæ, quibus investitura conferri non potest, tales sunt, 1. Hæretici, *arg. l. 4. C. de Heret. & Manich. Rosenth. d. F. c. 3. cont. 23. n. 2.* 2. Apostatæ, *l. 4. C. d. Apost. Schuliz. in Synops. Feud. cap. 5. n. 25.* 3. Excommunicati Excommunicatione Majori, *cap. 16. 19. 32. Caus. 11. quest. 3. Vult. lib. 1. d. Feud. c. 4. n. 11.* 4. Proscripti & Banniti Imperii, *Intrigliol. quest. Feud. 54. n. 3.* cum pro mortuis habeantur, *Gail. de Pac. Publ. lib. 2. cap. 12.* 5. Læsæ Majestatis, aut alio crimine publico damnati, *Arum. Disp. Feud. 3. th. fin.* 6. Usurarii manifesti, *Anthon. Disputat. Feud. 2. th. fin. lit. F. in fin.* 7. Infames, *arg. text. 2. F. 37. Finckelth. Disp. F. 5. th. 22.* Quibus an spurius annumerari debeat, quæritur? quod Negandum, *Bocer. d. Invest. cap. 3. n. 140. & 41.*

XXXVI. Investitura fieri non potest, nisi de re mobili, 2. F. 1. vers. *sciendum*, *Col. p. 1. decis. 94. n. 8.* Immobili- bus coherente, *d. text. Jacob de Ardizo d. F. cap. 27.* aut de iis, quæ inter immobilia connumerantur, *d. vers. sciendum, Ritersb. d. F. p. 1. c. 7. n. 2.* ratio est, quod feudum naturâ suâ perpetuum esse debeat, ita, ut usufructus ad Vasalli quoq; descen- dentes

dentes perveniat, proprietates vero penes dominum maneat, 2. F. 23. in fin. *Schneid. d. F. p. 2. n. 16.* At si res mobiles in feudum darentur, per usum earum, extingueretur proprietates, nec penes concedentem remaneret, *Schultz. de F. c. 6. n. 35.* Nec cautionis remedio intercedente, res mobiles investiri poterunt, *Niell. Disp. F. 3. th. 3. lit. B.* cum investitura naturam repugnet, ut de re mobili fiat, 2. F. 23. in fin. cautio autem hæc ex re mobili immobilem efficere nequit, *Arum. Disp. F. 4. th. 3.* In consequentiam vero rerum immobilium, mobiles recte in feudum dantur, *arg. l. 13. §. fin. cum il. seqq. ff. d. ast. empt. Niell. Disp. F. 3. th. 3. lit. C.* In Electoratu Saxonie consuetudine receptum, quod feudum etiam in pecunia constitui possit. *Nov. Const. Elect. August. p. 3. Const. 30. vers. Und wann das Geldt/lbig, Carpz. def. 10. n. 1.* Hoc ut procedat, requiritur, ut non solum adsit pactum expressum inter contrahentes inicum, sed & consensus & confirmatio Domini, ut pecunia pro feudo haberi debeat, *d. Const. 30. vers. Und was das Geldt/Finckelth. Disp. F. 3. th. 10. lit. B.*

XXXVII. Ut autem res infeudari possit, requiritur, ut non prohibeatur alienari, 2. Feud 3. §. 1. *Anth. Disp. Feud. 3. th. 1. lit. B.* ut sunt 1. Res sacræ, Sanctæ, & religiosæ, §. 7. *Inst. d. R. D. Vult. d. F. c. 5. n. 11.* 2. Res Ecclesie quæ tituli vocantur, 1. Feud. 6. pr. *Schneidew. d. F. p. 2. n. 4.* 3. Decimæ cap. 15. X. d. *Decimis, Wesenb. d. F. c. 7. n. 5.* 4. Res publicis usus destinatæ, §. 2. *Inst. d. Inut. stip. Schultz. in Synops. Feud. cap. 6. n. 46.* 5. Res litigiosæ, l. 2. §. fin. C. d. *Litig. Jacob de Ardizo d. F. cap. 14. n. 12.* 6. Prædia minorum, *tt. ff. de præd. & al. reb. min. Schultz. in Synops. Feud. cap. 6. n. 53.* 7. fundus dotalis, l. *Uvic. §. 15. C. d. R. U. A. Rosenth. d. F. c. 3. conc. 20. n. 1.* 8. Bona filii adventitia, quorum pater habet usumfructum, l. 1. C. d. *Bon. quælib. Vult. l. 1. d. F. c. 4. n. 2.* 9. Res fideicommissariæ restitutioni obnoxie, *Arth. res quæ subjacent, C. Communia d. Legat. Rosenth. d. F. c. 3. conc. 20. n. 2.* 10. Res quæ alienari vetitæ sunt, lege, testatore, pactione contrahentium, l. *fin. C. de reb. alien. non alien. Rosenth. d. l. n. 3.* Quatenus enim hæ-

res

res de Jure Civili alienari non possunt, eatenus nec de iis investitura fieri potest, Niell. Disp. F. 3. th. 4. lit. D.

XXXVIII. De re communi investituram fieri posse, dubitandum non est, 2. F. 58. vers. item sciendum; Wesenb. d. F. cap. 7. n. 7. quia res communis quovis modo potest alienari, l. 12. C. de donat. l. 3. C. d. Commun. rer. al. Niell. Disp. F. 3. th. 4. lit. B. Imò, & res aliena potest in feudum concedi; 2. F. 8. & 25. Anth. Disp. Feud. 3. th. 3. lit. D. re vero evicta, Vasallus Dominum obligatum habet, ut aliud feudum ejusdem bonitatis & estimationis restituar, 2. F. 8. Wesenb. p. 2. Conf. 64. n. 11. Quod etiam obtinet de jure Saxonico, Lehnd. cap. 33. pr. Carpz. ad Constit. Elect. p. 2. Conf. 45. def. 23. v. 1. At si Vasallus sciens investituram rei alienæ accipit, neq; pacto de evictione sibi prospexit, ad dominum non habet regressum, 2. F. 8. Cdl. p. 1. decis. 76. num. 1. sicut nec emptor, qui sciens rem alienam comparat. l. 27. C. de Evict. Otto Melander, controv. F. 28. lit. B. Secus de Jure Saxonico, ubi indistincte dominus de evictione tenetur, Zobel. Diff. jur. Civ. & Saxon p. 3. diff. 20. n. 3. Quoad dominum nihil interest, utrum sciverit, vel ignoraverit, rem de qua investituram fecit, alienam esse, 2. F. 8. Zas. d. F. part. 6. n. 18. quia scire debuit, quod pro scientia habetur, l. 5. ff. de Reb. cred. Wesenb. p. 2. Conf. 64. n. 11. Verum, tunc demum potest Vasallus de evictione agere, quando denunciavit domino, litem sibi esse motam, 2. F. 25. pr. Schneid. de Feud. p. 4. n. 70. Nisi pacto denunciandi necessitas remissa sit, l. 63. ff. de Evict. Anth. Disp. F. 7. th. 10. lit. C.

XXXIX. Potest quoq; investitura fieri de rebus accipientis propriis, Niell. Disp. feud. 3. th. 4. lit. C. ubi tamen requiritur. 1. Ut dominus sciens rem suam propriam, alicuiam recognoscat ab alio, similiter sciente, dictam rem alienam, uti suam recognosci, Anth. Disp. Feud. 3. th. 3. lit. D. 2. Ut Recognoscens agat animo alienandi, donandi & subjiciendi rem suam sub alieno dominio, non animo simpliciter recognoscendi rem suam, Schultz in Synops. Feud. cap. 6. n. 57. 3. Ut hoc constet non per verba confessionata seu enunciativa, alicuius instrumenti, sed per verba dispositiva, & inductiva translatio-

tionis alicujus domini, *Vult. lib. 1. d. F. c. 5. n. 19.* Verum de jure Saxonico ista concessio non prodest Domino, nisi cum proprietatem per annum & diem libere possideat, quo spatio peracto, eandem proprietatem in feudum conferre secure potest, *Landr. l. 1. art. 34. Col. p. 1. decis. 80.*

XL. Res solo cohærentes dici solent, quæ rei immobili ita accedunt, ut pro parte ejus habeantur, *Finckelth. Diss. F. 3. th. 8. lit. A.* hinc fructus pendentes, qui pars fundi sunt, *l. 47. ff. d. R. V.* recte in feudum conceduntur, *Jacob. de Ardiz. d. F. cap. 22.* ut & ædificia, *arg. l. 10. ff. Quod vi aut clam. Schneid d. F. p. 2. n. 37.* Idem judicandum de castro, *l. F. 4. S. 3. Arum. Diss. F. 4. th. 6. Molendinis, Wesub. d. F. cap. 7. n. 1. & 6.* Etiam iis qui vento agitantur, vulgo *Windmühlen* / si sc. ita facta sint, ut loco moveri non possint, *Vult. d. F. lib. 1. c. 5. n. 5.* alias inter res mobiles numerantur, *Anth. Diss. F. 3. th. 4. lit. F.* Ut & in aquis natantia, *Schiffmühlen / Schultz in synops. feud. c. 6. n. 14.* Nisi dominus certum jus ad hoc molendinum natans habeat, ut vicini eo necessario venire, & molere cogantur, quod molendinum bannale vulgo vocant, *Eine Zwangmühlen* / etenim tunc tale jus cum molendino, quamvis per se mobile sit, investiri potest, docente *Rosenth. d. F. c. 4. concl. 4. n. 2.* Sylvæ quoq; in feudariis possunt, *Finckelth. Diss. F. 3. th. 15.* quod & de Lacu, stagno & flumine dicendum, *Niell. Diss. F. 3. th. 1.*

XLI. Supersunt res quæ inter immobilia referuntur, ut cum de *Camera & Cavena* investitura fieri solet, *2. Feud. 1. in fin. Arum. Disputat. Feud. 4. th. 9.* vel de annuis redditibus, *2. F. 20.* cum hi naturam rerum immobilium sequantur, *Clem. 1. S. Curuz, annui & c. d. V. S. Intrigliol. quest. F. 9. n. 60. & seqq.* Si sunt annui redditus perpetui, vel longo tempore duraturi, non vero ad tempus modicum constituti, *Anthoz. Diss. F. 3. th. 5. lit. B.* vel de actionibus, quæ pro immobilibus rebus competunt. *Rosenth. d. F. cap. 4. concl. 6. n. 2.* hæ enim inter immobilia computantur, *Col. d. Process. Execut. p. 1. c. 3. n. 237.* quæ vero pro rebus mobilibus competunt, mobilibus quoq; annu-

C

meran-

incrantur, *Gail. lib. 2. Observ. 11. n. 10.* vel de servitutibus prædialibus, *Schneidew. d. Feud. p. 2. n. 37.* vel de Jurisdictione, *Wesemb. d. F. c. 7. n. 2.* vel de Regalibus, *Schultz. in synopsi Feud. cap. 6. n. 33.*

XLII. Sed fieri etiam investitura potest de feudo quod ab alio possidetur, & nondum apertum est, *1. F. 3. g. 27. in fin. 2. F. 26. §. 2. 2. F. 35. Arum. Disp. F. 5. th. 13.* quod jus quoque Saxonicum comprobatur, *Lehn. cap. 5. pr. & cap. 57. pr. Carpz. ad Const. Elect. p. 2. Const. 45. def. 1. n. 2.* Quod genus Investituræ dicitur *Ein Geding/ Hartm. Piff. p. 2. quest. 25. n. 1.* *Ein Guadentlehn/ expectantz, anwartung/ Berlich. p. 2. conc. 53. n. 3.* *Ungefäll/ Schneidew. d. F. p. 3. n. 90.* Investitura de caducitate successione, *Vult. l. 1. 6. 7. n. 48.* Sive investitura fiat de feudo incerto personæ viventis, quod *Ein Irrelehn* dicitur, *Lehn. cap. 7. verb. Diweill es den Herren ic.* sive de feudo quod à certa possidetur persona, *1. F. 9. & 27. 2. F. 26. §. 2.* quod *Ein benand Geding* solet nominari, *Lehn. cap. 7. pr. Bocer. d. Invest. c. 5. n. 15.* Nec interest sciat & consentiat feudi possessor, an vero ignoret, *1. F. 27. 2. F. 26. §. 2. 2. F. 35. Tusch. Conc. Pract. lit. F. conc. 111. n. 13.* concordante etiam jure Saxonico, *Lehn. art. 10. pr. Hartm. Piff. p. 2. quest. 25. n. 11.* cum ex hujusmodi investitura nullum Vassallo possessori inferatur detrimentum, *Finckelth. Disp. F. 7. th. 10. lit. C.* at ubi alterius jus non minuitur, ibi consensus ejus non est exquirendus, *arg. l. 8. ff. d. Aq. & aq. pluv. arc. Carpz. p. 2. Const. 45. def. 1. n. 13.* tribuit etenim hæc investitura, non jus in re, sed ad rem, *Pruckm. Vol. 1. Conf. 39. n. 16.* Et investito antequam feudum vacet, nullum jus competit, *Zaf. d. F. p. 6. n. 19.* Nec præsentiarium Curix ad hanc investituram necessario requiritur, *Rosenth. d. Feud. cap. 6. conc. 6. n. 4.*

XLIII. Talis investitura pure fieri non potest *1. F. 9. 2. F. 35. Wesemb. p. 2. Const. 64. n. 1.* sed debet in illud tempus conferri, quo possessor sine herede decedit, *Berl. p. 2. conc. 53. n. 44.* vel sub cõdizione fieri, si ad dominum revertatur, *Rosenth. d. F. c. 4. conc. 9. n. 1.* Nec discrepat Jus Saxonicum, *Lehn. cap. 57. ibi.* *Ob der Mann ohne Erben stirbe/er, denn wann der stirbe ohne Lehens Erben/ & art. 5. in verb. Also ob dieser so die Bewehr hätte/ ohne Lehens*

Lehens Erben stirbe / Hartm. Pist. p. 2. quæst. 25. n. 12. secus, quamvis casus apertura illico existat, investitura non reconvalescit, Everb. in loc. leg. à feud. ad Emphyt. m. p. 344. quod enim ab initio vitiosum est, solo temporis tractu convalescere non potest, 2 F. 55. pr. l. 29. & 210. ff. d. R. J. c. 18. ff. d. R. J. in 6to. Bocer. d. Invest. c. 5. n. 14.

XLIV. Potest ejusmodi investitura fieri, quamvis Vasallus possidens legitimos successores habeat, *Vult. lib. 1. d. F. c. 7. n. 49.* modo sub tempore & conditione quo feudum domino aperiatur, facta sit, *arg. text. 2. F. 35. Finckelth. Diss. F. 7. th. 11. &* hanc opinionem usu & consuetudine approbatam esse testis est *Hartm. Pist. lib. 2. quæst. 25. n. 20. circa fin.* Nec talis investitura evanescit, quamvis possessor ea jam facta, liberos procreet, *Auth. Diss. F. 4. th. 5. lit. C.* cum nihilominus facile contingere possit, ut Vasallus moriatur nullis post se relictis liberis, si scilicet ante patrem rursus decedant, *Berlich. p. 2. conc. 53. n. 48.* Nec de Jure Saxonico aliud constitutum, *Lehn. art. 20. lbi, Der Sohn aber / Schultz in synopsi, Feud. cap. 9. n. 52.* Si vero pater filio relicto decedat, conditio deficit, *Bocer. de invest. cap. 5. n. 19.* hac de re quoad Jus Saxonicum clarum habemus textum, *in art. 20. Lehn. pr. Col. p. 1. decis. 88. n. 5.* Nisi relinquat liberos feudi incapaces, *Auth. Diss. F. 4. th. 5. lit. C. in fin.* Cum quo iterum convenit Jus Saxonicum, per *Gloss. d. art. 20. Lehn. lit. E. & F.* Uxore vero circa mortem Vasalli prægnante existente, & filio vivo prognato, hæc investitura in nihilum redigitur, etiam de Jure Saxonico, *per text. Lehn. art. 72. vers. Stirbet ein Mann / & art. 20. pr. lbiq; Gloss. lit. A. Berl. p. 2. Conc. 53. n. 41.*

XLV. Quæritur quid obtineat, si antequam possessor Feudi decedat, aliam ob causam, v. g. ob culpam Vasalli feudum domino aperiatur? & Respondendum, Distinguendum esse, an investitura simpliciter facta sit in casum feudi aperti, an vero conditio adjecta sit, ut possessore sine heredibus defuncto, ad alium perveniat, priori casu investitus nihilominus consequitur feudum per culpam apertum, *Carpz. p. 2. Const. Elect. 45. def. 3. n. 4.* posteriori vero, non nisi priore Vasallo sine heredibus defuncto, *Vult. lib. 1. cap. 7. num. 52.* Pœnitere autem, & hanc investi-

vestituram revocare, dominus conditione pendente non potest, *arg. l. 58. ff. d. pact. l. 5. C. d. O. & A. Berlich. p. 2. conclus. 53. n. 57.* Sed præcise ad traditionem est obstructus, *2. F. 26. §. si facta, Hartm. Pist. p. 2. quest. 25. n. 22.*

XLVI. Investitus in casum mortis, si ante aperturam feudi decedit, spem quam ipse habuit, ad heredes transmittit, *1. F. 9. Wesenb. p. 2. Cons. 64. n. 2.* Licet eorum in investitura non sit facta mentio, *Schenck lib. 1. d. F. tit. 9. n. 4.* Cum unusquisq; sibi & suis heredibus prospexisse videatur, *2. F. 18. l. 9. ff. d. probat. Hartm. Pist. lib. 2. quest. 25. n. 32.* Jure vero Saxonico aliud constitutum, quod nimirum hæc investitura ad investiti heredes non perveniat, *cap. 5. Lehnr. Ibi Am Geding ist keine Folge/ Et cap. 26. Ibi. Es ist aber keine Folge daran/ man erbet es auch nicht auff die Söhne/ Col. p. 1. decis. 88. n. 2.* Verum hæc dispositio juris Saxonici usu recepta non est, sed secundum regulas juris communis pronuntiatur, *Const. Elect. 45. part. 2. Ibiq; Möll. n. 3. & 4.*

XLVII. Et quamvis dominus qui investituram de feudo viventis fecit, moriatur, antequam feudum aperiatur, heredes tamen ejus tenentur investituram ratam habere, *1. F. 3. in fin. 1. F. 9. 2. F. 26. §. 2. 2. F. 35. Finckelth. Diss. F. 7. th. 12. lit. A.* Licet dominus dixerit, si mihi aperiatur, *Rosenth. d. F. t. 6. cont. 15. n. 2.* Aliud est si hisce formalibus investitura fiat, si me vivo aperiatur, tunc enim manifestè apparet, quod sub conditione promiserit, qua deficiente, & ipsa dispositio deficere debet, *arg. l. 36. ff. de Reb. Cred. Anth. Diss. F. 4. th. 5. lit. B.* Dissentit & hoc Casu Jus Saxonicum, *Lehnr. cap. 5. vers. Sonst ist am Geding keine Folge/ cap. 11. post pr. vers. mit den mag Er nicht folgen/ & cap. 59. in med. vers. alle Lehnen ohne Gewehr/ Schreidew. d. F. p. 3. n. 97.* Sed quamvis hoc Jure Saxonico ita definitum sit, usu tamen non observatur, sed secundum jus commune judicatur, *Berl. p. 2. concl. 53. n. 23.* Quod expresse approbatur in *Const. Elect. part. 2. Const. 45.*

XLVIII. Hactenus dicta, obtinent quoq; in Persona Clerici, si scilicet de re sua propria investituram in casum

salum mortis contulit, quia tunc in eo idem jus est, quod in laico, 2. F. 35. Vult. 1. F. 10. n. 16. Si vero facta sit de re Ecclesie, tunc successores ad impletionem factorum antecessorum suorum non sunt obstricti, 1. F. 3. & 9. 2. F. 26. §. 2. 2. F. 35. Arum. Diss. F. 5. th. 14. Quod non solum procedit, quando is qui promissionem fecit moritur ante aperturam feudi, sed etiam, si ab officio removeatur, & deinde feudum aperiatur, Rosenth. d. F. c. 6. concl. 16. In not. lit. C. Ratio diversitatis desumenda ex diverso successionis jure, Clerici etenim succedunt jure electionis, per quam novum jus consequuntur, adeoque prædecessoris sui facta præstare non tenentur, cap. 2. X. d. donat. Laicus vero succedit jure hereditario, per quod defuncti personam induit, & propterea & facta ejus adimplere debet, l. 14. C. de R. V. l. 149. ff. d. R. 7. Antib. Diss. F. 4. th. 5. lit. B. præterea præsentium tantum rerum Clericus habet administrationem, non etiam post mortem suam gerendarum, Schenck lib. 1. d. F. tit. 3. n. 7. limitandum tamen I. Si cum capituli consensu investitura feudi nondum aperti fuerit celebrata, arg. cap. 7. in fin. X. de donat. Rittersh. d. F. p. 2. c. 8. n. 7. tunc enim successor Clerici ad ejusmodi investituram præstandam obligatur, non tam ex persona sui antecessoris, quam ex promissione ipsius capituli, Carpz. p. 2. const. 45. def. 7. n. 6. II. Si possessoris voluntate eo adhuc vivente in possessionem missus sit, 1. F. 3. Hartm. Piff. p. 2. quest. 27. n. 5.

XLIX. Forma investituræ propriæ consistit 1. in eo, ut rei feudalis possessio revera & actualiter tradatur, 2. F. 2. Jacob. d. Monte concl. feud. c. 3. concl. 4. n. 1. 2. Ut à Vasallo accipiatur, sine acceptione enim nulla datio est efficax, arg. l. 10. & 19. §. 2. ff. de donat. Wesenb. x. ff. de donat. n. 4. 3. Ut adhibeantur testes, Antib. Diss. F. 4. th. 6. lit. B.

L. In testibus requiritur, I. Ut sint liberi homines, 2. F. 58. Boer. de Invest. c. 4. n. 51. II. Ut sint masculi, 2. F. 32. Duar. d. F. cap. 21. n. 4. III. Ut pares curiæ sint, 2. F. 2. 2. F. 32. Sonsb. d. F. p. 9. n. 9. ratio est, ne per extraneos si per eos probanda esset investitura aliquid falsitatis in perniciem domini exco-

giteretur, forte corruptis pecunia, odio, vel gratiâ, quæ in pari-
bus suspicanda non sunt, 2. F. 58. vers. *idcirco*. *Intrigliol. quest. F. 56.*
n. 6. Et quamvis certo constet, ex confessione etiam ipsiusmet
Domini investituram esse factam, istud tamen haud satis est ut
subsistat, 2. F. 32. *Hartm. Pist. lib. 2. quest. 30. n. 1.* sed requiritur in-
super, ut pares curiæ adhibeantur, cum adhibiti parium sit de
forma substantiali investituræ, *Bocer. d. Invest. c. 4. n. 54.* Hinc si
errore quodam extranei tempore investituræ pro paribus habitis
& adhibiti fuerint, nihilominus investitura invalida est, *Schultz*
in Synops. Feud. c. 9. n. 19.

LI. Idcirco si pares investituræ tempore absint, expe-
ctandi & à Domino citandi sunt, 2. F. 33. vers. *quod autem*, *Mas-*
card. d. probat. Vol. 2. concl. 942. n. 2. quousq; autem expectari de-
beant, iudicis arbitrio relinquendū, *Finckelth. Disp. F. 7. th. 14. lit. C.*
sin vero citari pares venire recusent, mulctæ dictione ut veniant
cogendi sunt, *Niell. Disp. F. 4. th. 3. lit. C.* cum & alias regulariter
ad testimonium dicendum quis cogi possit, *l. s. ff. & l. 22. C. d. Test.*
cap. fin. X. d. Test. Cog. Gail. l. 1. Obs. 100. n. 2. At si Vasalli non ar-
tentata mulctæ dictione venire nolint, extranei adhiberi
possunt, *Schneidew. p. 4. d. F. n. 15.* aut si sint nimium remoti,
Vult. l. 1. d. F. c. 7. n. 27. vers. Atq; de hoc, vel si ignoretur, ubi lo-
corum degant, *Arum. Disp. F. 10. th. 20.* Vel si pares sint ad
testimonium ferendum inhabiles, *Anth. Disp. F. 4. th. 6. lit.*
D. Idem est, si dominus omnino nullos habeat pares,
2. F. 2. §. 1. vers. *si autem*, 2. F. 33. vers. *quod autem*, 2. F. 58. vers.
quod autem, *Intrigliol. quest. feud. 56. n. 20.* Si vero dominus uni-
cum solummodo habeat Vasallum, præmittendus non est,
sed adjuncto extraneo adhibendus, *Sonsh. d. F. p. 9. n. 16.*

LII. Clerici vero alios quam pares adhibere pos-
sunt, 2. F. 26. *in fin. pr. Bocer. de Invest. cap. 4. n. 60.* si bona Ec-
clesiæ in feudum concedunt, *Mascard. d. probat. Vol. 2. concl. 942.*
n. 17. si vero de propriis suis bonis feudum constituunt,
pares omnino requiruntur, 2. F. 32. *pr. Schultz in Synops. Feud.*
c. 9. n. 20. In iis autem casibus, quibus extranei loco testium in-
terve-

tervenire possunt; meliores quos dominus habere potest eligendi sunt, 2. F. 58. vers. quod autem, 2. F. 2. vers. si autē. Schenck lib. 3. d. F. tit. 10. n. 4. hinc rejiciuntur feminae, 2. F. 32. in fin. & servi, 2. F. 58. vers. quod autem Anth. Disp. F. 4. th. 6. lit. F. duos autem testes adhiberi sufficit, 1. F. 26. §. 1. 2. F. 2. pr. 2. F. 58. vers. quod autem, Niell. Disp. F. 4. th. 3. lit. A. plures vero ut adhibeantur, non quidem necessarium, evitandæ tamē falsitatis causa consultum, Magnif. Dn. Ordin. Disp. F. 6. th. 6.

LIII. Scriptura vero quæ in jure Feudali breve testatum dicitur, 1. F. 2. 3. & 4. pr. 2. F. 32. & alibi, ad investituram necessario non requiritur, 2. F. 2. pr. Ibi. quia factum non fuerit, Wesenb. p. 1. consil. 9. num. 29. Si tamen ut accedat convenit, investitura perfecta non conferetur, antequam illa confecta sit, arg. pr. Instit. de empr. & vendit. l. 17. C. d. Fid. Instrum. Vult. l. 1. d. F. c. 7. n. 42. An vero ad confectioem instrumenti feudalis subscriptio parium necessaria sit? dubitari solet? Sententia Affirmativa veritati magis est consentanea, 2. F. 2. pr. 2. F. 32. & 58. §. idcirco, Duaren. d. F. cap. 21. n. 5. Hinc in fine literarum investituræ dici solet, *Und seynd bey solcher Belehnung gewesen/ vnserer auch liebe getrewe / vnd Lehensleute N. vnd N. Schneidew. d. F. p. 1. n. 59.* Quod eatenus verum; si pares curiæ haberi possunt, Thoming. Decis. 21. n. 1. sin minus, etiam alii idonei testes subscribere poterunt, aut publicum solummodo instrumentum sufficit, 2. F. 2. §. 1. vers. si autem. Arum. Disp. F. 5. th. 19. in fin. Sed in Curia Mediolanensi specialiter fuit receptum, ut pares & extranei simul potuerint admitti, 2. F. 32. Mascard. d. prob. Vol. 2. concl. 942. n. 10. Hodie vero præsentia parium, aliorumve testium necessaria non videtur, sed sufficit Instrumentum feudale, sola subscriptione atq; sigillo domini confirmatum, Hartm. Piff. lib. 2. quest. 30. num. 11. Et consuetudine receptum, ut regulariter literæ investituræ Lehen-Brieffe fieri soleant, Schultz in Synops. Feud. cap. 9. n. 26. Teneturq; dominus hujusmodi scripturam continentem omnes pactiones inter eum & Vasallum initas, Vasallo petenti tradere, Rosenb. d. F. cap. 6.

cap. 6. concl. 67. n. 1. Sicut è contrario Vasallus domino antapocham, seu instrumentum recognitionis feudi, *Schneider. d. F. p. 5. n. 117.*

LIV. Consistit in super forma investitura in fidei promissione, *In der Lehenspflicht. Jacob. d. Monte concl. Feud. c. 3. concl. 6. n. 1.* sine hac enim nec dici nec esse feudū potest, *Wessensb. de F. cap. 8. n. 19.* Nec pacto est remissibilis, *Rittersb. d. F. p. 1. c. 11. n. 1.* Fit autem nonnunquam sine juramento, aliquando juramento corporali accedente, *Vult. d. F. lib. 1. c. 7. n. 31.* potest enim juramentum remitti, citra feudi dispendium, *2. F. 3. in fin. 2. F. 24. §. 1. 2. F. 47. 2. F. 76. Ansb. Disp. F. 1. th. 2. lit. F.* licet regulariter sit præstandum, *2. F. 3. in fin. Schneid. d. F. p. 4. n. 17.* nulla adhibita distinctione inter feudum exigui & magni valoris, *Schulez in Synops. Feud. cap. 9. n. 28.* Nec in feudo Franco remissum, *Rosenth. d. F. c. 6. concl. 39. n. 3.* Nec Clerici feuda accipientes ab eo sunt immunes, *Vult. l. 1. d. F. c. 7. n. 36.* Si vero Ecclesiæ feudum concedatur, juramento onerari non debet, *2. F. 101.* ratio desumi potest, *ex 1. F. 13.* ubi dicitur, quod Ecclesia tanquam cultrix & autrix Justitiæ non patiatür contra justiciam aliquid fieri, vel in se, vel in alterum *Boyer. d. Invest. c. 4. n. 18.* Infantes quoq; & pupilli à præstatione juramenti excusantur, donec ad majorem ætatem perveniant, *2. F. 26. vers. si minori, Jacob. de monte Conc. Feud. c. 3. concl. 6. n. 7.*

LV. Juramentum potest vel in persona propria, vel per procuratorem præstari, *2. F. 3. in fin. cap. unic. vers. yeru, de Stat. regul. in óis, cap. 22. §. de jurejur. Finckelth. Disp. F. 7. th. 21.* posteriori tamen casu requiritur mandatum speciale, *cap. 22. §. de jurejur. Intréghol. d. F. quest. 56. n. 230.* Si vero dominus ex causa quadã probabili Vasalli personam requirat, Ipse comparere debet, *Rosenth. d. F. c. 6. conc. 37. in fin.* Idem est, si Regionum consuetudo hoc exigat, *Harrm. Pist. p. 2. quest. 47. n. 59. in fin.*

LVI. Per juramentum Vasallus promittit, quod dominum præstare velit incolumem, tutum, honestum, atq; se omne illud facturum, quod domino futurum sit

Quæ

utile, ipsi vero facile & possibile, 2.F.6. Arum. Disp. F. 5. th. 27. Quæ juramenti verba in d. cap. 6. & 7. fassius explicantur, de quibus videri potest, Schneidew. p. 5. n. 75. & seqq. Specialis vero juramenti formula è consuetudine cujusq; loci æstimanda est, Schultz d. F. cap. 9. n. 35. An vero juramentum fidelitatis præcedere debeat investituram quæstionis est? Respondetur, quod Investitura abusiva soleat communiter præcedere fidelitatem, propria vero eam sequi, 2. F. 4. 2. F. 7. in fin. Rittersb. d. F. p. 1. c. 10. n. 1. ordinis tamen præposteratio, vel nonnullorum ommissio, actum non vitiat, Rosenth. d. F. cap. 6. concl. 13. in fin.

LVII. Licet autem Dominus Vasallo quoq; fidelitatem debeat, 2. F. 6. in fin. Wesenb. d. F. c. 8. n. 25. ita ut proprietates iisdem causis amittatur, quibus Vasallus feudo privetur, 2. F. 26. vers. Domino committente, 2. F. 47. Everb. in Loc. à feud. ad Emphyt. p. m. 386. Attamen juramentum fidelitatis ab ipso exigitur, Intrigliol. quæst. F. 62. n. 6. & seqq. cum diversa hic substractio, dominus enim beneficium conferens Vasallo, præsumitur etiam fidem præstiturus in omnibus, Finckelth. Disp. F. 7. th. 23. ubi plures addit rationes.

LVIII. In feudo novo nullum tempus Investituræ petendæ est præscriptum, sed in arbitrio Domini constitutum, qui, quando sibi commodum visum fuerit Vasallum, potest citare, Finckelth. Disp. F. 7. th. 16. lit. A. Citatione vero facta, Vasallus omnino comparere, & investituram petere debet, Arum. Disp. Feud. 5. th. 24. Quod si tribus vicibus citatus, non venerit, Dominus ut investiat ipsum, amplius cogi non potest, 2. F. 24. §. est & alia, Bocer. d. Invest. c. ult. n. 2. Domino vero qui investituram promissit nimium cunctante, Is qui promissionem accepit, se sistere potest, & ad ea quæ sunt præstanda sese offerre, Vult. lib. 1. d. F. c. 7. n. 21.

LIX. Modus petendi investituram colligi potest ex lib. 2. F. tit. 23. vers. quomodo. Quod nimirum Vasallus cum honoris præfatione, humiliter, obsequiose, ac devote investituram petere debeat, dicendo: Peto cum omni reverentia debita investituram feudi quod à te possidere debeo, Schneid.

D

d. F.

d. F. p. 5. n. 57. Ubi vocatur in quaestionem, sic ne necesse nec ne,
ut Vafallus investituram petens illa verba adjiciat, & fidelitatem tibi facere paratus sum, Et necessarium non esse verius est, arg. 1. F. 22. pr. 2. F. 55. §. *praeterea*; in quibus textibus petitionis tantum investituræ, non etiam oblationis fidelitatis fit mentio, præsertim, cum petendo investituram Vafallus se quoque tacite offerre intelligatur ad promissionem fidei, *Bocer. d. Invest. c. ult. n. 15.*

LX. Hactenus de forma investituræ propriæ, ad abusivam requiritur 1. Ut fiat verbis, non quidem solemnibus, sed quibuscunq; voluntatem Domini exprimentibus, 2. F. 2. pr. *Finckelth. Disp. F. 7. th. 2. lit. E. v. g. Vade in possessionem feudi*, 2. F. 33. Investio te hoc fundo, *Anth. Disp. F. 4. th. 3. lit. E.* Ubi tamen necessarium, ut ejusmodi verba coram parib; Curia proferantur, 2. F. 37. *Everh. loc. à Feud. ad Emphyt. p. m. 344.* Alias, etiamsi domino jubente quis possessionem feudi nactus sit, feudum tamen non est, 1. F. 25. *Rosentb. d. F. c. 6. concl. 2. n. 1.* 2. Requiritur ut certa signa adhibeantur, e. g. hasta, 2. F. 2. pr. annulus, c. 3. *X. D. h. que sunt à maj. part. cap. baculus, gladius, vexillū, Chirotheca, sceptrum, & alia, Wesenb. d. F. c. 8. n. 11. modo sint corpora*, 2. F. 2. pr. *Tusch. Pract. Concl. lit. F. concl. 109. n. 1.* Hinc feuda Regalia Principibus secularibus olim per vexillū unde *Zahnen Lehñ* Ecclesiasticis vero personis per sceptrū concedebantur, unde *Scepter Lehñ* nominari solebāt, *Schultz d. F. cap. 3. n. 82.* quod in defuetudinem abiisse testatur *Finckelth. Disp. Feud. 7. th. 2. lit. F.* Verum hodie Imperator Romanus in feudis majoribus perensem investire solet, ita ut Vafallus præstiro fidelitatis juramento capulum ensis apprehendat, & extremum ejus conum osculetur, docente *Vult. d. F. lib. 1. c. 7. n. 29.*

LXI. Potest investitura fieri vel pure, vel in diē, vel sub conditione, 1. F. 2. & 9. 2. F. 35. *Rosentb. d. F. c. 6. concl. 29. n. 1.* Debet autem conditio possibilis esse, *Vult. lib. 1. d. F. c. 7. n. 45.* sicut enim conditio impossibilis contractum vitiat §. 10. *Inst. de inut. stip. l. 31. ff. d. O. & A. l. 7. ff. d. V. O. Batboy. ad x. Wesenb. ff. d. V. O. n. 12. in fin.* sic etiam investituram, *Bocer. d. Invest.*

c. 5. n. 12. five sit impossibilis de facto, five de jure, *Anth. Disp. feud.*
4. th. 7. lit. E.

LXII. Certa quoq; pacta Investituræ addi possunt, quibus à communi feudorum natura receditur, 2. F. 48. *Vult. l. 1. d. F. c. 7. n. 55.* Hinc dicitur, quod ante omnia inspicere debeamus, tenorem investituræ, 2. F. 2. §. *præterea*, *Pingitz Quest. Saxon. 17. n. 18. & seqq.* Et quod ea derogat omni feudorum naturæ, 2. F. 18. *in fin. Carpz. p. 3. Constit. 28. def. 4. n. 4.* modo illa pacta juri, aut bonis moribus non sint contraria, *Arum. Disp. Feud. 1. th. 41.* Hinc pactum illud validū non est, ut ob commissam feloniam feudum non amittatur, *Intrigiol. d. F. quest. 2. n. 17.* dolus enim futurus remitti non potest, *l. 23. ff. d. R. J. Rosenth. d. F. c. 6. conc. 23. n. 1.* Nec valet pactum, ut turpia præstentur servitia, *Anth. Disp. F. 4. th. 7. lit. G. v. g.* si concedatur meretrici, ut Domini libidinem expleat, *Niell. Disp. F. 4. th. 5. lit. B.* Invalidum quoq; est pactum Legis commissoriæ, 1. F. 27. *Vult. lib. 1. d. F. cap. 7. n. 55.*

LXIII. Illud vero pactum subsistit, ut propter filii delictum pater feudum amittat, potuisset enim Dominus simpliciter legem eam addere, ut post certum tempus feudum finiatur, cur non etiam conditionaliter? *Bocer. d. Invest. c. 5. n. 102.* Valet quoq; pactum, ut nullum servitium pro feudo præstetur, 2. F. 104. *in fin. pr. Rittersh. d. F. p. 1. cap. 11. n. 1.* Vel ut certum solummodo servitium exhibeatur, 2. F. 23. *in fin.* v. g. ut Vasallus festivis diebus vadat cum uxore domini ad Ecclesiam, 2. F. 2. §. 2. 2. F. 104. vel ut coram Domino cithara cantet musicam exerceat, ut domino bellū gerenti duos tresve equites mitat, *Schultz in Synops. Feud. t. 3. n. 25.* Ut servitia propriis sumptibus præstentur, 2. F. 107. Ut filix succedant in feudis, 1. F. 1. §. 3. 1. F. 8. §. 2. 1. F. 14. *in fin.* 2. F. 18. *Tusch. Pract. Cons. lit. F. concl. 108. n. 3.* Ut frater fratri succedat in feudo novo, 1. F. 1. §. 2. 1. F. 14. §. 2. *Vult. 1. F. 7. n. 55. vers. solent autem.* Ut Vasallus alienandi facultatem habeat, 2. F. 48. *Einckelth. Disp. F. 7. th. 25. lit. B.* Ut primi tantum matrimonii liberi, vel secundi succedant, 2. F. 29. *Anth. Disp. F. 4. th. 7. lit. F.* Ut ascendentes succedere possint, *Duar. d. F. c. 11. n. 11.* Ne juramentum fidelitatis præstetur, 2. F. 3. §. *fin.* 2. F. 24. §. 1. 2. F. 47.

Wesenb. d. F. c. 1. n. 13. Ut Vasallo liceat de feudo per testamentū disponere, *Intrigliol. d. F. quest. 10. n. 39.* Ut novum feudum naturam feudi veteris habeat, *Schneidew. d. F. p. 1. n. 68.* & infinita alia, sed cum ista pacta quibus à communi feudorum natura receditur, in facto consistent, non præsumuntur, nisi probentur, *2. F. 2. in fin. Schultz d. F. c. 3. n. 7.* Notandum autē, quod licet feudum in aliquo à communi feudorum natura expressa conventionione degeneret, in cæteris tamen omnibus jure proprii feudi censeatur, *2. F. 26. §. penult. Rosenth. d. F. c. 2. concl. 54. n. 2.*

LXIV. Finis investituræ ex parte investientis est ut Vasallum habeat obligatum, 1. ad fidem & obsequia, *Duar. d. F. c. 13. n. 1.* 2. ad servitia, indefinite secundum feudorū naturam præstanda, vel certa, si ita fuit conventum, *2. F. 23. in fin. Vult. d. F. lib. 1. c. 7. n. 24.* 3. Ad pacta conventa, *Rosenth. d. F. c. 8. concl. 1. n. 1.* Ex parte investiti vero 1. Ut beneficio fruatur, *Wesenb. d. F. c. 9. n. 1.* 2. Dominum habeat obstructum ad parilem fidelitatem, *2. F. 6. in fin. Schneidew. d. F. p. 5. n. 125.*

LXV. Effectus consistit vel in jure quod Dominus vel Vasallus investitura facta consequitur, vel in actionibus utriq; competentibus, videbimus prius præcipuas utilitates Domino ex investitura competentes, quarum I. Ut ipsi Vasallus debeat præstare servitia, *Schneidew. d. F. p. 5. n. 93.* quotiescunq; requisitus fuerit, *2. F. 26. vers. licet, 2. F. 28. §. Adhæc, 2. F. 37. in fin. Niell. Disp. F. 7. th. 3. lit. B.* præsertim vero in bello, *Anth. Disp. F. 7. th. 6. lit. A.* Cum regulariter omnia feuda hanc habeant naturam, ut militaria servitia inde præstentur, *Hartm. Pist. p. 2. quest. 33. n. 25.* II. Ut Dominum ab hostibus captum redimat, *2. F. 24. vers. item fidelator, Arum. Disp. F. 8. th. 16.* III. Ut dominum egentem alar, *Wesenb. d. F. c. 10. n. 17.* IV. Quod non possit à Vasallo accusari de crimine capitali, § *item si delator, 2. F. 24. 2. F. 33. §. 1. Rittersh. d. F. p. 2. c. 1. n. 7.* V. Nec alia aliqua actione famosa, *Schultz in Synops. Feud. c. 10. n. 4.* VI. Quod Vasallus non possit testimonium contra dominum dicere, *2. F. 33. §. 1. Vult. 1. F. 11. n. 27. vers. similiter, nisi sit causa feudalis, 2. F. 32. & 33. §. quod autem. Finckelth. Disp. F. 10. th. 8.*

LXVI.

LXVI. Commoda vero quæ Vasallo ex investitura proveniunt, Consistunt 1. in eo, ut habeat rei investituræ utile dominium, 2. *F. 8. vers. rei autem Duaren. d. F. c. 12. num. 1.* 2. Quod rei feudalis possessionem consequatur, 2. *F. 8. §. fin. 2. F. 22. Tusch. Pract. Concl. lit. I. concl. 353. n. 12.* quod verum de investitura propria, nam per impropriam non transfertur dominium, *Schneidew. d. F. p. 4. n. 9.* sed jus solummodo ad rem, non vero in rem per eam conceditur, *Fach. lib. 7. controvers. cap. 33.* Nisi fiat in re presenti, tunc enim non solum jus feudi, sed & possessio transfertur in abusivè investitum, *arg. l. i. §. 21. l. 18. §. 2 ff. d. Acquir. vel amitt. poss. Rosenth. d. F. c. 6. concl. 11. n. 3. & 4.* De ejus autem effectu infra *th. 79* aliquid dicitur. 3. Quod accipiat facultatem percipiendi, & suos faciendi fructus, 2. *F. 23. in fin. 2. F. 28. §. his consequenter, 2. F. 45. vers. sed in fruct. 2. F. 55. §. firmiter, Wesenb. d. F. c. 10. n. 4.* 4. Quod possit de feudo bona fide transigere, 2. *F. 26. §. si Vasallus, 2. F. 43. Vult. d. F. c. 10. n. 89.* 5. In arbitrium compromittere, 2. *F. 34. in fin. pr. Arum. Disp. F. 7. th. 10.*

LXVII. 6. Subinfeudare, Zum Afferlehñ ansetzen/ 2. F. 26. §. beneficium, 2. F. 34. §. similiter, 2. F. 3. vers. per feudum, 2. F. 9. vers. si vero, & vers. si autem dissentiente, Finckelth. Disp. F. 9. th. 11. Etiam invito Domino 1. *F. 9. vers. si autem 2. F. 34. §. similiter, Rosenth. d. F. c. 9. concl. 43. n. 1.* **Ubi tamen tria copulate desiderantur, I.** ut is, cui Vasallus subinfeudationem concedit, sit ejusdem conditionis, & qualitatis, cujus est ipse Vasallus, 2. *F. 26. vers. beneficium, 2. F. 34. §. similiter. Niell. Disp. F. 7. th. fin.* **II.** Ut fiat absq; fraude, 2. *F. 26. vers. beneficium, Duar. d. F. c. 12. n. 13.* **III.** Ut iisdem pactis & conditionibus concedatur, quibus primus Vasallus habet, 2. *F. 34. vers. profecto 2. F. 58. vers. item eadem lege, Hartm. Pist. p. 2. quest. 44. n. 4.* Nec refert an feudū seculare an Ecclesiasticum sit. *Intrigliol. quest. Feud. 53. n. 231.* 7. Potest feudum refutare, *Die Lehñ auff kündigen/ 2. Feud. 14. 38. 44 in fin. Wesenb. d. F. c. 9. n. 3.* Etiam invito Domino, *Tusch. Pract. Concl. lit. F. concl. 128. n. 1.* **Quod & de Jure Saxonico procedit, Lehñ, cap. 77. vers. Ob der Mann den Herren abfaget/ Finckelth. Disp. F. 9. th. 5. lit. B.** modo tempestive & citra fraudem hæc refutatio contingat, *Anth Disp. Feud. 9. th. 2. lit. D.*

LXVIII. 8. Potest Vasallus in re feudali constituere
servitutem realem sine consensu domini, *Schneide w. d. F. p. 4. n. 89.*
quod verum quamdiu feudum penes ipsum manet, domino ve-
ro nocere ac præjudicare non potest, 2. F. 8. §. *rei autem*, *Jacob de Ar-*
dizo d. F. cap. 118. pr. 9. Potest rem feudalem alio locare modo lo-
catio non sit fraudulenta, & dolosa, 2. F. 9. *vers. donare* *Schultz in*
synops. Feud. cap. 11. n. 70. 10. Eo invito dominus proprietatem
in alium transferre nequit, 2. F. 55. §. *præterea*, 2. F. 34. §. *ex ea-*
dem Tusch. Pract. Concl. lit. F. concl. 110. n. 12. Ne quidem cum uni-
versitate, ob allegatos textus, *Anth. Diss. F. 9. th. 6. lit. A.* Contrari-
um tamen usufervari docemur à *Rosenth. d. F. c. 9. concl. 62. n. 28.*
11. Eo nisi de culpa convicto feudum non auferendum, 1. F. 7. 17. 21.
Hartm. Piff. p. 2. quest. 32. n. 27.

LXIX. 12. Feudum transfert ad heredes descenden-
tes, 1. F. 14. *vers. si Capit. mei*, 2. F. 11. *pr. Rosenth. d. F. c. 7. concl. 58. n.*
7. & seqq. Sive tempore infeudationis nati sint, sive postea, *Schneid.*
d. F. p. 6. n. 6. si scilicet sint Masculi, 2. F. 23. *in fin.* 2. Feud. 50. *Intrigios.*
quest. F. 7. n. 10. legitime nati, 2. F. 26. §. *naturales*, *Vult. d. F. c. 9. n. 95.*
& ad servitia præstanda habiles, hinc excluduntur fœminæ, 1. F. 8.
in fin. 2. F. 50. *pr. Arum. Diss. F. 6. th. 11. Clerici* 2. F. 36. 2. F. 30. §. *ex hoc*,
2. F. 26. §. *qui Clericus*, *Finkelth. Diss. F. 6. th. 16. lit. A.* furiosi &
mente capti, *Anth. Diss. F. 6. th. 10. lit. A.* surdi, muti, cæci, claudi, 1. F.
6. §. *mutus*, 2. F. 36. *Schultz in synops. feud. c. 8. n. 103. circa fin.* Ad eos ve-
ro, qui ipsi ex latere conjuncti sunt, non pertinet, 1. F. 8. *in fin.* 1. F.
14. §. *fin.* *Wesenb. d. F. c. 6. n. 16.* datur enim feudum Vasallo regulari-
ter contemplatione ejus, & eorum, qui à suo sanguine descen-
dunt, *Goth. in not. ad tit. 2. F. 26. §. Adoptivi lit. T.* Ideoque nec
Ascendentes successione gaudent, 2. F. 50. *Duar. d. F. c. 11. n. 10.*

LXX. Effectus vero abusivæ investituræ est, I,
Quod dominus ad possessionem vacuam tradendam
adstringatur, *Myssing. Cent. 4. Obs. 61. n. 4.* Quod si dominus
non faciat, sed moram nectat, cogitur Vasallo refundere om-
nem commoditatem, quam ex re feudali protinus tradita,
consequi potuisset, 2. F. 7. *in fin.* *Schenck. d. F. lib. 1. tit. 4. n. 6.* Præcisè
autem hoc in casu dominus ad traditionem est adstrictus,

nec præstando interesse liberatur, 2. F. 7. in fin. 2. F. 26. S. si facta
Bocer. d. Invest. c. 2. n. 25. Est enim hæc verissima inter obligatio-
nes dandi & faciendi differentia, ut in his tantum, præstando
interesse debitor liberari possit, l. 13. in fin. ff. d. Rejud. In dandi au-
tem obligationibus præcise rei traditio exigatur l. 75. S. fin. ff. d. V.
O. Magnif. Du. Ordin. Exerc. Jusf. 11. quest. 2. in N. Quod tamen
non procedit, si penes dominum tradendi facultas non
residet. Hartm. Pist. p. 2. quest. 29. n. 2. Nec quoad hoc interest,
suo an alieno facto facultatem rei præstandæ non habeat, Vult. d.
F. lib. 1. c. 10. n. 11. Hinc anceps est inter Dd. contentio, quid
obtineat, si dominus unum investiat, mox vero & ali-
um, ipsiq; possessionem concedat? In eorum castra
transco, qui statuunt, possessionem penes posteriorem
permanere, Jacob. de Ardizo d. F. c. 38. feudo enim nondum tra-
dito primo investito, illius dominium est penes concedentem,
arg. l. pen. C. d. R. V. quare per traditionem recte transfertur in po-
stremo investitum, arg. l. 6. C. d. Hered. vel. Act. vend. Fach lib. 7. con-
trov. cap. 33. cui postea sine culpa auferri & alio à Domino tradi
non potest, 1. F. 22. vers. sancimus l. 11. ff. d. R. J. Arum. Disp. F. 5. th. 10.
De jure Saxonico aliud dispositum esse statuit Zob. diff. Jur. Civil.
& Saxon. p. 3. diff. 20. n. 6. per text. Lehnr. ar. 49. vers. Leihet auch ein
Herr/Prædicta assertio ampliatur, ut vera quoq; sit, si po-
sterior possessionem accepit cum clausula salvo jure
primi investiti, Amb. Disp. F. 4. th. 5. lit. B. in fin. cum prior ni-
hilominus jus suū salvum habeat nam quanti ipsius interest ha-
bere feudum, Dominus præstare cogitur Rittersh. d. F. p. 1. c. 9. n. 13.
Sin vero dominus rem secundo tradendo dixisset, si prior pe-
tat, volo quod tum dominium sit ipsius, & possessio rei
feudalis ad ipsum transeat, tunc prior potior est, arg. l. 38.
S. 1. ff. d. Adquir. vel. amit. poss. Rosenth. d. F. cap. 6. concl. 10. n. 1. Posses-
sione vero in neutrum translata, prior omnino præse-
rendus, nisi hic de incerto, posterior vero de certo sit
investitus feudo, Hartm. Pist. part. 2. quest. 29. n. 1. & 7. Ubi
hoc

hoc etiam de Jure Saxonico procedere probat, *per cap. 7. Lehns.*
vers. Welcher Herr. II. Effectus Abusivæ investituræ est,
quod Vasallo potestas concessa sit, propria autoritate ingredi-
endi corporalem possessionem, rei, infeudum concessa, *Schurff.*
Cent. 1. consil. 53. n. 15. si nimirum vacua sit, *Niell. Disput. Feud. 7.*
th. 7. lit. B.

LXXI. Sequitur ut videamus actiones Domino & Va-
sallo investitura facta competentes. Nam hæ, quæ feudo
promisso, nondum tamen constituto tribuuntur, huc non-
pertinent, habet itaq; Dominus, (de Vasallo enim *th. 73.*)
1. Conditionem ex moribus, qua petere potest, ut à Vasal-
lo præstanda præstentur, *Rosenth. d. F. cap. 12. concl. 13. n. 1.* vel ut feu-
dum ob feloniam aliquam commissam, ad eum revertatur, *Vult.*
d. F. lib. 2. c. 1. n. 17. **2. Actionem ex stipulatu**, si scilicet per
stipulationem, servitia certa sint promissa, *Duar. d. F. c. 19. n. 1. 3.*
Conditionem causa data, causa non secuta, quam insti-
tuere potest, adversus Vasallum servitia denegantem, ad feu-
dum repetendum, *i. F. 21. Niell. Disput. F. 9. th. 3. lit. E.* **4. Rei vind-**
icationem, ratione directi domini, quod semper penes ipsū
remanet, *2 F. 3. §. 59. Schneidew. d. F. p. 1. n. 28. circa fin.* & quidem
contra extraneum, quocunq; casu res feudalis ad eum pervenit
Antho. Disput. F. 13. th. 13. lit. E. Modo Vasallus vel nolit, vel ne-
gligat, vel nequeat utili rei vindicatione experiri, *arg. l. unic. C.*
d. Acquir. vel retin. poss. Schultz. in synopsi Feud. cap. 12. n. 4. Contra Va-
sallum vero non aliter, nisi feloniam commiserit, ob quam feu-
do ipso jure sit privandus, *2. F. 54. in fin. 2. F. 55. vers. callidū, Vult.*
2. F. 1. n. 19.

LXXII. **5. Interdictum retinendæ possessionis**,
non solum adversus Vasallum, si servitia debita præstare detre-
ctet, *Duaren. d. F. c. 19. n. 6.* sed etiam adversus extraneum vel
ipsum in perceptione servitorum impediens, *Schneiderwinus*
Institutio de Interdictis §. retinenda de interdicto uti possidetis n. 19.
Vel Vasallum in possessione sua turbantem, *Rosenth. d. Feud.*
cap. 12. concl. 12. n. 45. Quippe si Vasallus agere vel non possit,
aut nolit, *Arum. Disput. F. 9. th. 11. in fin.* Concurrente vero cum Do-
mino,

mino, Vasallo, ille huic in interdicendo præfertur, *Vult. lib. 2. d. F. c. 1. n. 22.* 6. **Interdictum recuperandæ possessionis**, contra Vasallum denegantem facere recognitionem, *Intrigiol. quest. Feud. 19. n. 11.* 7. **Remedium Canonis Redintegrandæ**, 3. *caus. 3. quest. 1. Menoch. d. R. P. R. 15. n. 200.* Quibus pro coronide annexi potest, An domino contra negantem se Vasallum esse, competat actio præjudicialis utilis? Negativam ceu veriore defendit, *Finckelb. Disp. F. 11. th. 2.*

LXXIII. Reliquum, ut consideremus, actiones, quibus Vasallus feudo per investituram constituto in judicio exerceri valeat, inter has elucet, 1. **Conditio ex moribus**, qua, facta investitura abusiva agit ad rei, de qua abusive investitus est traditionem, *Vult. lib. 2. d. F. c. 1. n. 12.* Deinde facta investitura vera, ad id, quod sibi ratione feudi competit, & a Domino præstandum est, *Schultz in synopsis Feud. c. 12. n. 17.* Deniq; domino culpam committente, ob quam proprietate privandus, *Anth. Disp. F. 13. th. 7. lit. C. 2.* **Utilis rei vindicatio**, quâ rem feudalem ab alio possessam sibi restitui petit, 2. *F. 8. §. rei a. Duar. d. F. c. 18. n. 1.* Etiam ab ipso Domino, si forsan possessio feudi sine facto Vasalli ad ipsum pervenerit, 2. *F. 8. verb. à quolibet possidente, Intrigiol. quest. Feud. 19. n. 14.* Et si forte cum Vasallo dominus, (cui tidem dari actionem in rem th. 71. dictum) in vindicatione feudi à possessore, concurrant, Vasallus domino præfertur, *Schneidew. d. F. p. 1. n. 27.* Dominium enim utile semper præfertur directo, *Hartm. Pif. p. 3. quest. 25. n. 9.* 3. **Actio publiciana**, *Rosenth. d. F. c. 12. concl. 12. n. 5.* quæ tamen adversus verum Dominum moveri non potest, *arg. l. pen. & ult. ff. d. Publ. act. Anth. Disp. F. 13. th. 3. lit. D.* 4. **Confessoria & Negatoria**, ob servitutes feudo debitas & non debitas, *Treit. Vol. 1. Disp. 17. th. 14. lit. A.* 5. **Actio evictionis** contra dominum, feudo concesso evictio, 2. *F. 8. Aram Disp. F. 9. th. 7.* ut aliud feudum, ejusdem honoraris ac affirmationis cuius erat prius, restituat, *Wesensb. p. 2. Consil. 64. n. 11.* quod tamen non indifferenter procedit, prout §. th. 38. fuit expositum.

LXXIV. 6. **Interdictum Adipiscendæ possessionis**, 2. *F. 26. vers. inter filium*, 2. *F. 51. vers. si contentio*, *Vult. lib. 2.*

2. F. 1. num. 15. 7. Interdictum retinendæ possessionis, quâdo in sua possessione turbatur. *Menoch. d. Ret. P. R. 3. n. 80. & seqq.*
8. Interdictum recuperandæ possessionis, *Schneider. Instit. de Interd. § 6. n. 20.* Et dantur hæc interdicta non solum adversus extraneum, sed etiam contra dominum ipsum, *Schultz in Synops. Feud. c. 12. n. 13.* Quod & de Jure Saxonico dicendum, *Lehur. cap. 49. pr. & 77. vers. VERAUBET ABER / 9. Canonis Redintegrandæ 3. Caus. 3. quest. 1. remedium, Harim. Pish. p. 2. quest. 28. n. 37.* Verum remedium hujus Canonis illi, qui suo facto & culpa possessionem amisit, non competit, in qua sententia testem habeo omni exceptione majorem. *Carpzov. ad Constit. Elect. p. 2. Const. 8. def. 2.*

LXXV. Cognationem quandam cum investitura habet, Investitura renovatio, cujus definitio supra *th. 10.* tradita. Et hæc quotiescûq; mutatio aliqua circa personam Vasalli aut Domini contingit, petenda est, *1. F. 22. 2. F. 24. pr. 2. F. 40. pr. Ro. sent. d. F. c. 6. concl. 30. lit. A.* Conveniunt autem 1. in eo, quod hæc æque ac illa per procuratorem conferri & accipi possit. *2. F. 3. §. sed utram, 2. F. 58. vers. item invest. Anthou. Disp. Feud. 8. th. 7. lit. A.* quamvis hic generale mandatum sufficiat, *Duar. d. F. c. 6. n. 12. 2.* quod & in renovatione ad minimum duo testes intervenire debeant, *1. F. 26. §. 1. 2. F. 2. pr. 2. F. 58. vers. quod autem. Wesenb. d. F. c. 8. num. 14.* licet circa personam testium quædam occurrat differentia, ut *th. seq. dicitur. 3.* Et in hac regulariter juramentum fidelitatis præstari debet. *2. F. 3. in fin. 2. F. 24. §. est & alia. Schultz in Synops. Feud. c. 9. n. 70.*

LXXVI. Sed differt ab investitura proprie sic dicta, multis modis. Nam I. Illa feudum acquiritur, hac verò acquisitum prius feudum confirmatur, *Boer. d. Invest. c. 2. n. 64.* II. Investitura in feudi novi pupillus & minor curatorem habens ne autoritate quidem Tutoris vel Curatoris concedere possunt, *de quo supra th. 16.* Renovatio-
nem

nem verò feudi antiqui celebrare possunt, 2. F. 3. pr. Intri-
gliol. quest. Feud. 53. n. 238. siquidem hoc casu nihil alienatur,
 sed quod antea alienatum fuit confirmatur, *Arum. Disp. F. 3. n. 24.*
 Nec opus ut tutorum vel curatorum accedat auctoritas, *Vult. d. F.*
lib. 1. c. 3. n. 7. vers. sed sententia, III. **Tutores vel Curatores**
rem de novo infeudare nequeunt, Hartys. d. F. c. 5. lit. 8.
 Feuda vero antiqua renovare optimè possunt, *Schneidew. d. F.*
p. 3. n. 86. **IV. Nullum tempus est de finitum in jure feudali**
intra quod investitura promissa peti debeat, uti p. ex th.
58. sed renovatio intra tempus certum, annum scilicet &
diem, si Vasallus paganus est, peti debet, 2. F. 24. 2. F. 40. 2.
F. 52. §. qu. 2. F. 55. §. p. aterea. Rosenth. d. Feud. c. 6. concl. 30. n. 1. Sin
vero miles, intra annum & mensem, 1 F. 22. Boer. de Invest.
c. ult. n. 7. vers. Cateri. Quod tempus currere incipit, a die sci-
 entia mutationis domini vel Vasalli, *Wesenb. d. Feud. t. 8. n. 7. &*
6. Geil. lib. 2. Obs. 48. n. 8. Etiam de Jure Saxonico, *Lehur. c. 50. vers.*
Stirbet ein Mann ic. Schultz Synops. Feud. cap. 9. n. 64. De quo ju-
 re tempus anni & sex hebdomadarum Vasallo ad petitionem
 renovationis investituræ indulgetur, *Lehur. cap. 25. ibi. binnen*
sechs Wochen/und einem Jahr/ & cap. 22. verb. Nach des Waters
Tode/ quæ verba explicanda secundum text. cap. 25. docente
Gloss. marg. ad hæc verba, Finckelth. Disp. Feud. 7. th. 11. in fin. **V. In-**
feudatio nova requirit testes pares curiæ, 2. F. 2. pr. 2. F. 32.
Sonsb. d. F. p. 9. n. 9 sed Renovatio tam extraneos quam pa-
res Curia admittit, 2. F. 32. vers. de veteri autè. Intrigliol. de Feud.
quest. 56. n. 94. Diversitatis rationem exhibet *tit. 40. 2. F. vers. id-*
circo, ubi dicitur, quod ideo in investitura nova pares solummo-
 do debeant esse testes, ne quid ab extraneis falsitatis in perniti-
 em domini excogitetur, quæ suspicio cessat in renovatione,
Antb. Disp. F. 4. th. 6. utpote quæ fieri debet secundum tenorem
 Investituræ primæ, *Carpz. ad Constit. Elect. p. 2. Constit. 45. defini.*
31. num. 6.

LXXVII. Contraria investituræ sunt modi, quibus feudum extinguitur, quorum I. Interitus rei de qua

E 2

inve-

investitura est facta, *Wesemb. d. F. c. 17. n. 2.* si scilicet tota res pereat, nam ob partis interitum investitura non extinguitur, quamvis servitia moderanda & ex parte remittenda, *Schultz in Synops. F. c. n. n.*
32. 2. Ingressus religionis, 2. F. 26. §. *qui Clericus,* 2. F. 30. *vers. Ex hoc illud,* *Rittersb. d. F. lib. 2. cap. 6. n. 5.* 3. **Lapsus legitimi temporis,** si scilicet feudum ad certum tempus est concessum, 2. F. 2. *pr. Anthon. Diss. F. 11. th. 9. lit. B.* 4. **Refutatio,** 2. F. 9. *pr. 2. F. 38. Duar. d. F. c. 16. n. 2.* 5. **Præscriptio,** tam à parte Domini quam Vasalli, 2. F. 26. *vers. si quis per 30. annos, Arum. Diss. F. 5. th. 34.* 6. **Mors Vasalli,** nullis relictis successoribus, 2. F. 5. *vers. rursus si fidelis,* 1. F. 13. *vers. etsi Clientulus,* 2. F. 9. *vers. si tamen:* 2. F. 12. *pr. Vult. lib. 1. d. F. c. 11. n. 6.* Quod & contingit, si adfunt quidem heredes, sed ad successionem feudi incapaces, 2. F. 6. *vers. fin. 2. F. 36. Rittersb. p. 2. cap. 6. n. 10.* 7. **Si culpa aliqua committitur,** *Wesemb. d. F. c. 15. n. 4.* vel à Domino 2. F. 26. *vers. Domino committente,* *Everh. Loc. à Feud. ad Emphyt. p. m. 386.* vel à Vasallo 2. F. 21. 2. F. 47. *Hattys. de F. c. 11.* Quot vero modis hoc contingat hic tractare, à meo instituto alienum est. Et tantum de Nobilissima Investituræ materia proponere placuit.

D. S. L. H. E. G.



Ulci.



Utinus hic labor est quem a TE, FORSTERE,
 requirit
 Magna priusquam det præmia, nostra, The-
 mis.

Præteritos spectes, alacri quos mente labores
 Ferre ausus, præsens sudor erit facilis.
 Sed pretium Themidos pro isto cunctoq; labore
 Sudoris cuncto pondere majus erit.

Clarissimo Dn. Johanni Georgio
 Förstero J. U. Doctorando
 meritissimo

bonæ scævæ ergo
 apponebat

Erasmus Ungepaar J. U. D.
 & Ordinarius.

Viro Clarissimo

Dn. JOHANNI GEORGIO

FORSTERO J. U. Doctorando dignif-
 simo, Amico & Commensali suo suavissimo
 S. P.

Qui doctè tradis, capiant qui feuda, clientes,
 Dignus es, ut feudum fameum capias!

Godfried Fiebig D. &
 Pand, Prof. Publ.

E 3 Non



Non injusta Themis, tribuit sua cuiq; me-
renti;
Testis FORSTERUS, præmia digna
capit.

Clariss. Dn. Doctorando
huj. adj.

Rudolph-VVilhelmus Krauß D.
Prof. Publ.

UT Dominus feudi durò ense fidelibus, aurò,
aut aliò lignò tradere feuda solet:
Sic indefessos inuestit laude Clientes,
exornatq; suos annulò & ense Themis.

Hæcce breui Förstere insignia clara capeffes.
Quæ tibi sunt semper cuncta secunda precor!

Ita
Clarissimo Dn. Doctorando
Amico suo fidelissimo ac cer-
tissimo ex animò gratulatur

Hieronymus Mühlpsfort J. U. D.
& Cur. Prov. Advoc.

Non

E

Inve-

Investitura quando secreta repandis
FORSTERE, ô Animæ portio magna meæ!
Subridet Pindò Themis, & Feliciter inquit,
ac faustò scriptas Marte tuère theses:
sic ego Teq; brevi nostris investiam in Aulis
& Tibi Jus-Domini, Fœdæque honora dabo.

FORSTERO,

LL. Candidato dignissimo,
Fautori honoratissimo,
Amico conjunctissimo
gratulatur

Josephus Clauderus
Phil. & Med. D.

ADRASTE A suo prospexit ab æthere nuper,
Ut vidit nostram jubila ferre DEAM,
Vota dedit turme, simul ac afflamine monstrans:
FORSTERUS SALÆ GAUDIA MOXq;
DABIT.

Huic mea fura placent, arrident regna palato,
Imperii Leges nostraq; firma fides.
Non huic Majorum titulis innixa recumbit
Gloria, nec priscis gaudet imaginibus
Sed certat magnos virtute anteïre Patronos,
Æternum & verâ laude parare decus.

INVE-

*INVESTI crines pompâ, Sanctissime MYSTA
INVESTITURÆ digna brabea loca.
FORSTERO benè sit, dixi, micet igne Tiara,
ASTREÆ Præses atq; Patronus ovet.
Sic vult, quæ blandos etiamnum ventilat ignes,
Cana Fides cordi ritè locata meo.*

Clarissimo Dn. Doctorando
Amico suo integerrimo
fausta aggratulationis
erecta app.

Johan Georg Macafius, Med.D.

F I N I S.



1017


ULB Halle
003 007 09X


3



80







B.I.G.

Farbkarte #13

INAUGURALIS.
DE
**ESTI-
RA,**

3, 229.
474.
3

1644/3

Quam
a Fortunante
Magnifici & Nobilissimi Fctor
ratissima ad Salam Academia

ÆSIDE
BILISSIMO, AMPLISSIMO ET
LTISSIMO,
ARIA Præschenecken/
mo, Duc. Saxon.

ssimo, Nobilissimæ Facultatis
no, ejusdemq; Decano spectatissi-
cabinatus Assessore eminentissimo,
re & Præceptore suo omni ho-
rentia cultu ætatem
sequendo.

Jure honoribus, Insignibus ac
RALIBUS ritè & solenniter
sequendis
sicutiendam exhibet
GEORGIUS Förster/
rgensis Misnicus

Jureconsultorum.
ovemb. Anno 1644.

STEINMANNIANIS.